

moniū S. Simonis propheticō spiritu futura cernentis et dicētis: Positūs est hic (vtiq; infās Iesū filius dei saluator mundi) signum. Sed attende quid subsequutus adiunxit: In signū, inquit, cui contradicetur.

Iacq signū maiestatis ē sublimi peccentibus perfidiis, si gnum hūlītatis, signum paupertatis, signū denigū, iñimi caris & passionis, & abiectionis mortis obfedit, tamē hoc signo cœci et oīm miserimi, licet nō miserandū, se eu dui & tērāt nō intellexerit, sed nec voluerint intelligere.

Circa tertium principale dicitur:

Ipse autem ut uidit cogitationes eorū, dixit:

Hic ponitur calumnia mendacia abūdans confutatio. Vbi duo sunt notanda, Vnum est, ipsa blasphemantia iñissima confutatio. Alterum, inique calumnia in autho res suos retorsio, ibi: Quoniam immundus spiritus.

I. Circa primum dicit euāgelistā: Ipse aut ut vidit cogitationes eorū. Hoc evidenter sua signum diuinatris, q̄ vñ uinitatis. Ium fuissest visibile de celo portentū. Quis em̄ scutat re lere. xB. nes & corda nūi solus deus? Prauā, in q̄, est cor hoīs et scrutabile, q̄s cognoscet illud? Ego dñs scrutans corda, & z. R. e. 17. probans renes. Et rursum alibi: Homo videt ea que patet Deus autem intuetur cor. Quid itac phariseorum hec cōtra dominū cogitatio est irratiōnabilis, metu multitudi nis non audiebant hanc diuulgare, sed tacitam animo ver sabant. Christus autem non ad dicta, sed ad cogitationē eorū respondit, vt vel sic compellentrum crederē poterit ei ius qui cordis cernebat osculta. Hoc enim nec dñm ip se nec aliqua per se potest creature. Sed ille solus' ve iam dictum est, de quo per apostolum dicitur: Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, nec est vīla creatura inuisibilis in conspectu eius.

Porrō dominus confutaturus tentantes & calumni antes, nequaquā ad hoc scripturas allegauit, prout ante fecerat, vbi satanam tentantem scripturam telis abegit, sed potius impias eorum suscipiōes, rationibus firmis atque patentibus fortiter infregit, quod ad scriptura rum (quas falso interpretabantur) testimonia (vtique in hoc diabolo peiores) non sufficiunt attenturi. Respondēt ergo ex his quæ cōmuniter accidunt, pluribus rationib⁹bus non in beelzebub (vt illi blasphemabant) sed propriē diuī

diuinitatis virtute elicerē dñmones, mansuetē & patienter ostendit. Harum rationum prima, talis est:

Omne regnū in seipsum diuīsum, desolabitur, & domus supra domū cadet. Si autē & satanas in seipsum diuīsus est, quō stabit regnū ipsius, quia dicitis in beelzebub me elicerē dēmonia?

Ratione plāna, probat se nequaquā in Beelzebub elice redēmonia, dicens: Omne regnum in seipsum, desolabitur, iuxta quod per Oſe dicitur: Diuīsum est cor eorū, scors defo nunc interibunt. Vnde etiam hoc loco Hiero. post Salu landum. sūmū dicit, concordia res parvas trēcere, discordia verō etiam maximis quaſas dilabi. Cuius rei & his temp̄ribus exemplorum plus satis conspicimus.

Simile aliiquid factum fuisse temporibus Iosaphat regis legimus. Quoniam enim congregati essent cōtra eum in pralim filij Amon & Moab, & Idumæi, & Iosaphat in uocatōe dominū, verit̄ dñs iniūdias eorum iñ semetiplos, filiorum scilicet moab & Amon, & mōis Seir, qui egressi fuerant ut pugnarent contra iudam, & percussi sunt. Nam filii Amon & moab consurrexerunt aduersus habitanos montis Seir, ut interficerent & delerent eos. Quumq; hoc perpetrassem, etiā in semetiplos versi, mutuū concideret ulne, ibus. Ecce enim fortitudo per in testinā discordiā soluta, & ad nihilum redacta est. Par ergo veritātē est Christi propositionem istam: Omne regnum in seipsum, diuīsum, solabitur, sed & domus supra domū cadet, hoc est, dissentientium pars vna supra aliā. Domus enim aut ciuitas si fuerit diuīsa, velociter dissipatur, & etiam regnum quo tamen nihil est validū. Fīrat enim & regnum & domos concordia ciuitum.

Dicit ergo iam xp̄s: Si ego per dñmonū dñmonia eiūcio, dissenserit inter dñmones est, & perit virtus eorū, nec amplius habent in hoc mundo locū aduersariā potestāter, quarū inter se bellum, pax hominū est. Vnde subdit: si autē & satanas in seipsum diuīsus est, quoniam stabit regnū ipsius Non enim satanas sibi ipsi repugnat, nec suis nocet satellitibus, sed potius statuit mala cōcordia regnū suū.

Satanas ergo satanā non aduersatur, vt huī eiūciat, quin magis alius alium pertinaciter adiuuat in

Y 4 malitiae

Hiero.

Dēmonū cōcordia.

Mat. 16.

malignitate. Alioqui diabolí regnum nequaquam confisteret, quod falso esse probatione non indiget. Incessanter enim regnum diabolí christi regnum impugnat, luce impotenter. Nam (ut ipse ait) porti inferi non possunt aduersus eam, nimisrum ecclesiam christi. Pater ergo satana qualcunq; regnum & perseverare, & stare quod sine concordia nequaq; posset fieri, quod tñ est etiò sequens, si quod impudenter & fin ratione dicitis veni estet, quod videlicet in Belzebub eicerem dæmonia. Et hæc prima domini contra calumniatores blasphemos de sensio secundam subdit, dicens:

*Si autem ego in Belzebub eiicio dæmonia, filii ueleti in quo eiiciunt: Ideo ipsi iudices uelestri erūt.*

L  
Iudæicur  
à filiis iu-  
dicandi.

Non dicit discipuli mei tametsi de iis loquatur, sed à filiis uestris, volens utiq; eorum perinculce furorem. Iudei namq; & à Iudeis (ecundum carnem exorti sunt Christi discipuli), qui potestatē super spiritus immundos à christo accepterant, & oppressos ab eis in christi nomine libabant. Quando ergo, inquit, filii uestris in nomine meo satanam conterent, quanto est dementia dicere me in viae Belzebub eicerem dæmonia?

Nec dubitandum est de aliis hoc eum q; de suis dixisse discipuli Iudeorum populi filii. Qui utiq; domini discipuli beni sibi consciē erant, nihil se malum unum artium à bono magistro didicisse, vt & ipsi in principe dæmoniorum eiēcerent dæmones. Ideo, inquit, ipsi iudices uestris erunt, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meæ virtutis apparebit, ipsi testes mei, iudices erunt uestris. Non tantū sicut Niniuitæ & regina Saba sui comparatis ne, sed vt adfessores magniūtē perfidiae uestræ iniquitatē iudicantes condemnabunt, iuxta promissum domini, quo ait: Amen dico vobis, q; vos qui sequuti estis me, in regeneratione quam federat filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Coarctat ergo eos interrogatio prudenti, vt confiteantur quod ipse fecerat, opus esse spiritus sancti. Ac si dicat:

Beda.

Peruersus  
de xpo iu-

ribus deputatur, quare idem in me opus non candenit ha-  
ciuitate beat causam? Ego enim non minoris sum virtutis q; dis-  
corum, puli mei filii uestris, quibus ego dedi virtutē & potestatē

super

super omnia dæmonia. Quū ergo vos non ignoretis eos virtute mea dæmones depellere, sed nec vñq; eis impossest q; in Beelzebub eicerem dæmonia, quid vos impelli tam indigna de me & sentire & loqui, nisi ea qua vos & omne de me iudicium uestrum excusat & querit inuidia? Quod si non dæmonii sed dei virtute hæc illos agere non diffitemini, quare de me non idem sentitis?

Cæterum, nō verosimilis eorum esse videtur opinio M Falsum ex iudeorū populo designari, qui per arcana quadam, id est, caræteres quosdam & carmina, quasi à Salomone quondam adiumenta, ab obsecro hominū corporibus dæmonia pellerent. Si enī tales eo tempore fuissent in populo, quid opus erat concurrentes turbas ad eū mirari Christum dæmonium efficiēt, vt etiam opinarentur filium esse Dauid, qui hæc possit efficiere, id est, nouo miraculo dæmonia eiceret? Profecto si hoc & alij quoq; iudei poscent, nō sustinuerent pharisei sine contradictione, hunc filium Dauid putari, quem & alij pleriq; per dictā artem, hoc ipsum poscent, qui propter hoc tamen nequaquam filii Dauid putabantur. Sed nec sustinuissent pharisei inuidia & odio in Christum indurati, quempiam à dæmonio obsecro hominem, vt liberaretur, ad Christū adduci, qui per tales exorcistas liberari potuisset.

Iraq; Iudeorum iniquissima cogitatione, valida ratio ne confutata, ex altera parte concludens dominus, ait:

Porrò si in digito dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei.

Noī digitū dei, dei virtus, & dei spūs significat, quomo N do & malefic Pharaonis in tertio signo deficiēt, dice Digitus bār, digitū dei est, spūs dei, diuīngi virtutis ma dei. nifestatio. Ergo quod Lucas digitū dei dicit, vbi Matthē dixit: spūs dei, ab eadē sentienti non recedit, quin potius Exo. 8. Aug. & aliquid docet. vt nouerimus quēādmodū intelligere debeamus vñcūq; scripturarū legerimus, digitū dei.

Dicitur autē spiritus sanctus digitus dei, propter par-  
titionem donorū q; in eo dantur vñcūq; propria, fine  
hominum, siue angelorum. In nullis enim membris no-  
stris magis appetit partitio q; in digicis. Igitur man⁹ &  
brachii, dei filius est, & digitus eius spiritus sanctus. Per  
filium

filium enim pater cuncta operatur. Et sicut digitus eius alienus à manu, sed ei naturaliter insitus, sic spiritus sanctus confusibiliter connexus est filio, & per eum omnipotens deus. **Beda.** nra filius operatur. Non tamen se scandalizat membrorum inaequalitas, quum dignificet corporis unitas.

Iaque in expulsione dæmonum magna gratia & virtus eius spūsanctus ostenditur. Et ideo sicut rem aliquam digito demonstrare solemus, ita virtutem & omnipotentiam dei, miracula commonstrant & arguunt. Quia autem dicit se christus in digito dei exercere dæmonia, hoc non tantum instructionem habet, sed & grauem iudeorum redargitionem. Quasi dicere eis christus: Quid cogitat blasphemantes in cordibus vestris, q̄ in Beelzebub exercitiam dæmonia, digitus dei est hic, i. magna & insignis diuinæ virtutis manifestatio, quam & malefici Pharaonis cognoverunt, & vos hanc cognoscere contemnitis.

**Cyril.** Conuenienter autem subdit inferens: Profecti peruenit in vos regnum dei. Hoc est, si ego homo existens, in spiritu diuino exercito dæmones, dictata est humana natura

**Ambr.** in me, & aduenit regnum dei. Quod dicens, simili etiam Regnum ostendit imperiale quendam esse spiritus sancti potest dei vt in tem. in quo regnum est dei. Quasi dicit: Qui haec tenet ab Iudeo: usq; lapīz prophœtā. Quia vsp adeo diabolus in mundo peruenit, do regnauerit, vt etiam homines totos ob sideret, nū tandem me in virtute spūs dei dæmoni exerciente, puenit vi qui in vos regnum dei, dum pulso diabolo spūs dei per me regnat in bonis, vt sit in vobis regnum fidei, cuius finis dei merito ad regnum tandem perueniat aeternum.

**Luc. 3.** Hos regnū & Ioannes & ipse xp̄s prædicauerant, dicentes: Peccantibus agite, adpropinquabit enim regnum celorum. Vbi etiam mira xp̄i eluet benignitas Iudeos ad fidem inducentis, & ne diuina virtutis opera diabolo attribuerent, ac si diceret: Quir aduersus salutem vestram repugnatis, quir miracula qua in cōmodum vestrum facio contemnis? Ecce si in digito dei exercito dæmonia, iam nūc in vos peruenit regnum dei, iam præsto vobis adest illa gratia, quam tantopere tot retro seculis patres vestri summis votis exoptarunt. Itaq; contra salutem vestram nolite contendere, nolite malignari, ne sitis ipsi vobis contraria, dei regno (cui & dæmones cedere coguntur) impotenter & vestram ad pernitientem repugnantes.

Proinde

Proinde dominus tercia ratione adducta, coniunctit pharisæos, manifeste ostendens, dæmonibus exercitidis nullatenus se Beelzebub indigere praesidio, nempe qui hunc fortior deuictum superauerit. Vnde subditur:

Quū fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea que possidet. Si autē fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma cuius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

Quia necessarium erat diuersis rationibus detrahentium impia refellere mendacia, utitur nūc dominus exemplo manifestissimum, quo demost̄rat volentibus intueri, quod Chrysostomus feculi principē insita sibi virtute superauit, dicens: Quū fortis armatus custodit atrium suum. Fortem vocat fortis armatum, innuens antiquam eius tyrannidem, quā igna matus, tua nostra fortē efficit. Erat enim anti saluatoris adūc Cyril, tum violentia multa rapiens alienos greges (scilicet dei) & quasi ad proprium duecet ouile.

Atrium vero illius, inundum qui in maligno positus Beda, est, dominus appellat, in quo vsp̄g ad saluatoris aduentum Atrii & malè pacato potiebat imperio, quia in cordibus infidei post diuinam sine vita contradictione & quiescebat. Vnde & alibi boli, princeps mundi vocatur, dicente domino: Venit enim prius Ioan. 12, rum: Nunc princeps mundi huius exercitetur foras. De qua electione benē subiungitur:

Si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. De seipso quippe loquitur, quod non concordi fallax operatione quemadmodum caluniabantur, sed fortior potentiā vicit, homines à diabolo liberaret.

Arma in quibus ille fortis confidebat, affutat dolēc. Armadria sunt nequitiae spiritualis. Spolia vero eius, ipsi homines boli & ab eo decepti, quae vicit Christus distribuit, quod est spolia, insigne triumphantis, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, quodam quidem Apostolos, alios Ephes. 4, vero euangelistas, hos Prophetas, illos in pastores ordinans & do cleres.

Porro,

Pax diae Porro, quod dictum est, in pace fuisse omnia quae a nobis. Quis te diabolus possederat, de ea intelligendum est pace, de

Mat. 10, qua per christum in evangelio dicitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Est enim & pax mala, & bellum bonum. Bellum enim per christum immixtum est bonum, ut rumpatur pax mala. Mala est pax coniurantium aduersus ecclesiam catholicam. Mala est pax eorum qui priori omnium certum exosum habentes, conuenientes aduersus dominum, & aduersus eum christi dicunt: Venite, disperdamus eos de gte, & nō menoretur nō Israel ultra.

Hiero. Psal. Hier. Est itaque sententiae summa, ut manifestum sit Christus non in diabolis, sed in virtute dei signa facere, quandoque ea ipse est potestare, vt etiam ipsum diabolum vincere ac superaret, Spolia, inquit, ei distribuet. Qui enim dudum irretiti fuerant ab eo in ignorantia dei errorem, per sanctos apostolos euocati sunt ad notitiam veritatis, & oblati sunt deo patri per fidem in Iesum christum filium eius.

Cyril. Quarto, probat dominus in eliciendis demonibus nequaquam Beelzebul indigere suffragii, quum subdit dicens.

Qui non est tecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.

Q. Christi et diaboli o per hoc patet, quia ego colligo, ille dispergit. Ego colligo in fidei unitate, ille per sectas & schismata, per odia & similitates, vniuersitatem dispergit.

Q. Ioan. 11. Sanus diabolus est lupus qui rapit & dispergit oves, Iesus autem moriturus erat (inquit euangelista) pro gte, et non tantum pro gente (scilicet Iudeorum) sed etiam, vestiarios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Puta christum dicere: Egoviolo homines offerre deo, satanas conseruit auferre. Qui ergo fieri posset, ut qui mihi non cooperatur, sed dissipat quae mea sunt, tam consentaneus mihi fieret ut vna mea cicereret demones! Et quum ille a me collectos satagat dispergere, qui fieri posset, vt si quis me refragatur satanas, extiendis spiritibꝫ immundus virutatem mihi subministraret?

Qui non est tecum contra me est. Nihil hic mediatur. Ne cesset enim est ut vel deo coniunctus quisque sit, vel contra deum

Deum à parte sicut diaboli. Itaque quum diabolus vniuersumq[ue] satellitum eius cum d[omi]no nequaquam essent, contraria eum fuisse certum est, quādoquidem (vt iam dictum est) ipsa opera diaboli operibus ex xpi aduersentur. Diabolus enim damnationē vult animarū, xps liberationem & sa- hiero. luteum. Ille prædicat idola, hic vnius dei veri notitiam: ille trahit ad vitia, hic ad virtutes reuocat. Quomodo ergo possent inter se habere concordiam, quorum opera tamen diuersa sunt? Quid itaque suspicamini in Pezelzib[us] eice-re mea demonia, quum ille mihi in omnibus contrarius, opera quoque mea disperget?

Et licet verba h[oc] dominus præcipue contra diabolos R[ecuperantur], possunt tamen de membris ipsius, schismatis & Quia non haereticis intelligi, qui quoniam à parte Christi nō stār, xpi, dia- cum diaboli & pro eo & stare & cadere coniunctur, boli fate Nutriunt enim odia, eminent discordias, iurgia miscent, litium est commouent seditiones, constituant sectas, parant rebel- lionem. Nulla enim vñquam haeresis absque seditionibus & bello concitat.

Porro hi qui le neutrales esse volunt, hoc christi vero coniunctur neutriles esse non posse. Si enim cum ecclesia catholica pro d[omi]no aduersus eos non stant, p[ro] dia- boli parte contra d[omi]num eos stare manifestum est. Qui enim non colligit cum eo, vt itaque dispergit. Proinde vel hoc vno (& quidem argumento certissimo) discernitur ecclesia catolica à conuenientibus haereticorum, videlicet, q[uod] vñca ē, & non nisi in unitate confitit, vbi sectas haereticorum (vñque synagogas satanæ) seculas dispergant & sibi con- trarias, ac in partes varias constat esse diuinas.

Circa secundum, quod est inique calumnia in autho- res suos retorico, subditur in litera:

Quū immundus spiritus exierit ab homine, ambu- lat per loca inaquosa, querens requiem. Et nō inueniens, dicit: Reuertar in domum meā unde exiui.

Postquam dominus iniquum & falsam phariseorum salumniam iussis ac manifestis rationibus à se reiecit, nū ostendit unde hoc illis contigit ut ad tamen indignas de ipso cogitationes laborent, dicens: Quum immundus sp[iritu]s exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa querens requiem.

Quod

Ecclesia,  
& conuicta sic  
differunt

**Cyril.** Quod enim exemplū hoc ad Iudeos spectet, Matth<sup>e</sup> Mat. 12, usq; expressit dicens: Sic erit generationi huic pessima. Quādū Iudeos diu enī erant in Aegypto viventes ritu Aegyptiorum, habuissent tabat in eis per idolatriam spiritus immundus, qui expulserunt dēmoniū, sus est ab eis quando mactauerunt agnum in figura xpī, Ambrosi, & limiti sunt eius sanguine, & sic curtauerunt angelum exterminatorem. Itaque in vno homine à quo immundus exiit spiritus, totius populi Iudaici comparatio est, à quo spiritus ipse malignus (modo quo dictum est, & etiam p legem acceptum) exercitat. Sed quia in gentibus, quorum corda prius quasi loca arida erant, que postea per baptīsum rotē spūs habebant, propter iam suscepītū fīm Christi, requiem diabolus reperire non potuit (in mundis enim spiritibus christi incendium est) regresus est ad plebem Iudaeorum, hos deterrit q̄ Vnqū ante possestur. Itaq; ipso impulso Iudaei xpī falsi contumeliis blasphemabant dicentes eum habere Beelzebub, & in mundorum spirituum captare p̄ficiā. Quam falsam & luminaria verissima ratione in eos resrorquet, dum hos à diabolo septuplo q̄ olim ostendit occupatos.

**Hēretic⁹.** Quod etiam nō incongrue secundū Bedā de hēreticō diaboli re quolibet vel schismatice, vel etiam malo catholicō p̄t in ceptaculū telligi. De quo, tempore baptismatis spūs immundus q̄ in eo prius habitauerat, ad confessionem catholicā fidei renuntiationēq; mundante conuersationis cœcūtū, loca que in aquosa peragret, i. corda fideliū, quæ à molitie fluxū cogitationis expurgata sunt, callidū tentator ex plorat, si quos ibi fortē nequitie gressus figere possit.

Et bene dicitur: Quārens requiem & non inueniens, quia castas mentes effugiens, in solo diabolus corde prauorum grātam sibi p̄fici inuenire quietem. Vnde & de illo in lob dominus loquitur dicens:

**Iob. 4.º** Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humeri diaboli b<sup>9</sup>. Protectū vmbre vmbra ei<sup>9</sup>. Ecce diaboli cubile. In vmbra, inq<sup>t</sup>, dormit, vbi videlicet sol iustitiae gratiae sua rādit minimū luceat. In secreto calami, hoc est, in hypocritis & fictis, peccata ap̄ sua celatib<sup>9</sup>, sanctitate & virtute more calami vacuis, & cōtra vim tētatiōis fragilib<sup>9</sup>. In locis humeris, i. hoīb<sup>9</sup>, carnali Voluptate defluitib<sup>9</sup>. Protectū vmbra ei<sup>9</sup>, videlicet, q̄n carnales & praui hoīes, similiū sibi p̄tā, vel cooperiūt, vel excusant, vel etiā defēdūt.

Reuter

Reuerat, inquit, in domum meam, vnde exiui. Hoc Beda, est. Abiō ad Iudeos quos antē dimiseram, sed & nobis quoque timendus est iste versiculos, potius q̄ exponēdūs, ne culpam quoniam in nobis extinctam credebamus, per incuriam etiā nos vacantes opprimat. Sequitur:

Et quum uenerit, inuenit eam scopis mūdatam. Tunc uadit & adiunxit septē alios spiritus fecū nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus.

Apud Marthūm scriptū habes: Et veniens inuenit vacatē Ioh. 14, scopis mundatā & ornatā. Vbi Hiero, Vacabat templū Mat. 23, Iudeorum, & xpī hospitem non habebat, dicente. Surgi Iudæi, de te camus hinc. Et in alio loco: Relinqut vobis dom<sup>9</sup> ve<sup>9</sup> m<sup>9</sup> vacas stra deserta. Quia igitur & dei & angelorum p̄ficiā non habebant, & ornati cū at supfluis obsecrationibus legis & traditionibus Phariseorū, reuertitur diabolus ad sedē suam priorem, & septenario sibi demoniū numero addito, habitat prūtū domū. Et fiunt illius populi nouissima peiora prioribus. Multo enim nunc maiori numero dæmoniū possidentur blasphemantes in synagogis suis xpī Iesum, q̄ in Aegypto posseſsi fuerant ante legis noticiā. Quia aliud est venturum non credere, aliud, eū nō suscepisse qui Venerit. Vnde Chrysostomus: Prūs aerat eis diuina prouisio, & gratia spūfanciū, nūc ver etiam hac cura priuantur. Propter quod eis nunc, & virtutis maior penuria, & æxīma intensor, & damona exactiū se uir. Beda,

Porrō si hēc ad eos qui intra ecclesiā catholicā eis cōfentur refere voluerimus, facile est intelligere, quia quādū ad cuiuspiam horum animi domum immundus spūs venerit, inuenit scopis mundatā, hoc est, gratia basi p̄ficiatis à peccatorum labē castigatām, sed nulla boni operis industria cumulatām. Unde bene Matthaeus hanc domum vacantem, scopis mundatām, ac que ornatā dicit inuenitā, mundatām, i. à viūis pristinis per dei gratiam vacantem à bonis actibus per negligētiām, ornatā simulatis virtutibus per hypocrisiām.

Et tunc vadit & adiunxit septē alios spiritus negores se, & ingressi habitant ibi. Per septē alios spiritus vniuersa vita designat. Quemcūq; enī post baptismū, siue

Recidiū  
grauitas,

sive prauitas hæretica, seu humana cupiditas ad ripuerit, mox omnium prosternet in ima viotorum. Vnde recte ne quiores tunc eum spiritus dicuntur ingressi, quia non solum habebit illa septem virtutia, quæ septem spiritualibus contraria sunt virtutibus, sed & per hypocrisim, ipsas se virtutes habere simulabit.

Et sicut nonissima hominis illius peiora prioribus, 2. Pet. 2.  
Melius erat enim viam veritatis non agnoscere, quia post agnitam retrosum conuersti. Quid in iuda traditore, vel in Simone mago, ceterisque talibus specialiter legitur impletum. Si enim illustrati, & a pristinis malis remoti denuo redimus ad candem nequitiam, grauior deinceps erit pena sequentiam peccatorum.

Circa quartum principale dicitur:

V Factum est autem quum hac diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti.

Hic ponitur pia mulieris confessione digna Xpi laudatio. Vbi duo notantur. Vnum est, proprie laudis per mulierem confessio. Alterum, deuotæ confessionis per christum ad probatio, ibi: At ille dixit.

Circa primum dicit euangelista: Factum est autem quum hac diceret, rationabiliter & manifeste phariseos calumniatores conuincens, ut mulier quædam à laude continere non sustinens, de medio turbaram in xpi praecomum vocem extollens clamaret: Beatus Venter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Vbi Beda:

Mira mu  
lieris fides Magnæ devotionis & fidei mulier hæ ostenditur, quæ scribis & phariseis dñm tentantibus, simul & blasphemantibus, tanta eius incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confiteretur, ut & presenti proteruum calumniam, & futuron confundat hæretorum perfidiam. Nam sicut tunc iudæi sancti spiritus opera blasphemando, Verum consubstantialecum patri filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper vir-

Vera xpi genem sancti spiritus operante virtute nascituro ex humeris membris vngenito deo carnis suæ materiam missarum, verum consubstantialecum matri filium hominis fateri non debere dixerunt,

Sed

Sed si caro verbi dei secundum carnem nascitentis, a carne virginis matris pronuntiatu extraanea, sine causa veter qui eum portasset, & vbera quæ lacassent beatificans. Quæ enim consequentia, vt eius lacte credatus nutritus, cuius semine negatur esse conceptus, quem ex vniuersitate eius demque fontis origine secundum Physicos eterque liquor emanare probetur? Nisi forte putanda est virgo femenina suę carnis materiam, nutriendo in carne dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiore & initiatore miraculo, minime potuisse.

Sed huic opinioni obstat apostolus dicens, quia misit Gal. 5: deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Nec enim audiendi sunt qui legendi putant, natum ex muliere Error terre, sed non factum ex muliere, quia conceptus in utero vir merarioginali, carne non de nihilo, non aliunde, sed materna transmissione cōfutatur ex carne. Alioquin nec verè filius homo diceret, qui ori turgeni non haberet ex homo. Et nos igitur his cōtra Euthenice dicitis, extollamus voce cum ecclesia catholica (cuius haec mulier typum gestit) extollamus & mentem de medio turbaram, dicamusque saluatoris: Beatus Venter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Et verè ut quidam ait, beata pars, quæ enixa est puerpera regem. Sedulus:

Quocum terramque regit per secula, cuius Numen ab aeterno complectens omnia gyro; Imperium sine fine manet, quæ ventre beato Gaudia matris habens cum virginitatis honore, Nec primam similem visa est nec habere sequentem. Circa secundum, quod est, deuota confessionis per Xpm adprobatio, subditur in litera:

At ille dixit Quimimo, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud.

Hoc non sicut responsum, quasi repudiantis matrem, sed ostentis Xdantis quia nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fide Chrysostomi fuerit. Quod si Maria non proderat sine virtutibus ani Nota, mihi Xpm ab ea ortum traxisse, multo minus nobis, siue patrem, siue fratrem, siue filium virtutibus habeamus, & Beda, interim ab illius absitamus virtute, professe valebit, Spauliter

Ceterum, pulchre saluator adcessationi mulieris ad xpm cōstituit, etiam addens non tam tantummodo beatam quæ ver pere & bū dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui parere.

Z idem

idem verbum spiritualiter auditu fidei cōscipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorū corde parere, & qualis alere studierunt, adseverare esse beatos. Quia & eadem dei genitrix & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra facta est temporalis, sed inde multo beator, quia cuiusdam veibi semper amandi, custos manebat aeterna. Qua sententia sapientes ludorum clam percutit, qui verbum dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quererant.

Et eft sensus: Vtique beatus est venter qui me portauit, & quae suxi vbera, vti confiteris, sunt beata. Nihilominus tamen & hi beati sunt & felices, qui dei verbum & audiunt, & custodiunt, ne veniens diabolus tollat verbum de corde eorum, ne per illud salvi fiant. Nec tamen propter hoc beatiores, vel æquæ beati sunt etiam sancti qui verbum dei & audiuerunt & custodiuerunt uti electa Christi genitrix Maria, quæ & dei verbum de se incarnatum virginali gessit in utero, & nihilominus celestis verbi mysteria que auditu fidei perseverat, mente memori conferuant, pio lugiter verbasbat in animo. Vnde & beatus Lucas in Euangelio perhibet dicens: Maria autem conferuerat omnia verba haec conferens in corde suo.

Luc. 2

# Dominica quar

TA IN QVADRAGESIMA.

Buit Iesu trans mare Galilæa, quod eft Tiberiadis. Ioannis sexto.

A In sancta presentis Euangeliū lectione quatuor sunt consideranda. Primum est, multitudinis turbarum post Christum consilio. Secundum eft, de concurrente multitudine pia xpi sollicitudo, ibi: Quā subleuasset ergo. Tertiū eft, eluientium multitudinis miranda refectio, ibi. Dicit ergo Iesu. Quartū eft, diuinæ virtutis signo, notanda cōsequitio, ibi: Ut aut.

Circa primum tria notantur, Primum eft, Christi per mare

mare Galilæa nauigatio. Secundum eft, Ingrediens turba post Christum profectus, ibi: Et sequebatur eum. Tertium eft, Locū & temporis notanda designatio, ibi: Subiit ergo.

Circa primum dicitur: Abiit Iesu trans mare Galilæa quod eft Tiberiadis. Vnde autem, vel quod, vel quiclibet, & quæ sequuntur fecerit, Matthæus patet facit, videlicet primū. Vnde abierit, q̄a de patria sua Nazareth, vbi Mat. 13 nō fecit virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

Quar autem inde abiit, nisi quia scandalizabantur in Mare Galilæa. Dictebam enim: Nonne hic eft fabri filius? Nonne magister eius dicitur Maria, & fratres eius: Iacobus & Joseph abiens & Simon & Iudas, & sorores eius, nonne omnes apud transiit, nos sunt? Vnde ergo huic omnia illa?

Herodes quoque Terracha fama eius auditā, Hic eft, ingt, Iohannes Baptista, ipfe surrexit à mortuis. & Ideo virtutes operantur in eo, propter hæc à patria sua discedens, abiit trans mare Galilæa quod eft Tiberiadis.

Secundum Lucam Verò: Ruerſi iam apostoli narrat, Iu. 9, uter domino quæcumque fecerat, nec ea solum, sed etiam Beda. que Iohannes, eis in docendo occupatis, sit paſtus, vel christi, vel eiusdem Iohannis discipuli ei renuntiant, sicut Mathæus insinuat. Vnde quod apud Lucam scribitur: Et ad sumptis illis fecerit scorfum in locū defertū, qui eft Bethsaïde, non timore mortis egit, vt quidam arbitrantur, sed parcer inimicis suis ne homicidio homicidii iungentur, si mul & oportunitum sue passionis tempus expectans.

Nā plusq; anni spatio Iohannis & dñi passiones distare. Q diligenter euagelia legerit, inueniet. Sigdē miraculū panis tribus contentientibus euagelij mōx post decollationē Iohannis impluit. Vnde colligitur Iohannem imminentem eadem festiuitate patchali fusile decollatum, & anno post hunc sequente, quum denū patchale tempus redire, mysterium dominice passionis effe completerum.

Et propterea quod in martyrologio (quod Eusebii & Hieronymi vocabulū insignitum eft) legitur, quarto Calendas Septembri, in Emifa ciuitate Phœnicie prouincie, natale Iohannis baptiste die quo decollatus eft, nō specialiter ipsum die decollationis eius, sed die poti? quo caput eius in eadem Emifa ciuitate repertum, atq; in eccllesia eft conditum, designat. De quo plenius apud Bedā reperies. B

Porrò iuxta historiam, notandum eft q̄ mare Galilæa Beda.

Z. 2 (quod

Passiones  
xpi & Iohannis  
annisq; tu  
Nora,

(quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum vocabulis distinguitur) illis tantum in locis Tiberiadis vocatur, ubi Tiberiadi adiacet ciuitati. Siquidem influens lordanum, duo de viginti passuum milibus in longum, & quinque extenditur in latum.

Ista quo accepto de nece Iohannis nuntio Xps iuxta Marcum dixit discipulis: Venite scorum in desertum locum, & requiescite pulillum, & cetera, causa requiescendi ipsorum hoc fecit. Erant enim qui veniebant & residabant multi, & nec manducandi spatum habebant.

**Felicitas temporis** Vbi magna temporis illius felicitas de labori simul & docentium & discentium studiis demonstratur, que vrinā nostrī in aūo redierat, ut tanta ministris verbi frequētia fidelium insistat auditori, quæ nec liberū eis curandi corporis spatii concedat. Nam quibus necessarii curadī corporis hora negatur, quanto minus illecebris animaue sue carnis studiū facultas adeſit? Quin potius à qbus verbum fidei & salutare ministerium oportunitate importune exigitur, horum animus consequenter ad agēda temp⁹ & cogitanda coeleſta succedit, ne ea quæ verbis docet, factis im pugnent. Quod ergo hic dicitur: Abiit Iesu trans mare Galilæum quod est Tiberiadis, hoc ipsum est, quod apud Marcum post præmissa subditur: Et ascendentes in nauem abierunt in desertum locum scorum. Non discipuli soli, sed aſsumpto domino ascenderunt in nauem, & locum petiere desertum, ut Mattheus aperet demonstrat. Et vide runt, inquit Marcus, eos abeuntis, & cognoverunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurserunt illuc, & præuenirent eos.

**C**um pedestres eos præuenirent discunter, ostenditur quoniam in aliam marii siue lordanis ripam nauigio pervererunt discipuli cum dño, sed transito naui aliquo freti aut stagni finu proxima eiusdem regionis loca adierunt, quo etiam indigenæ pedestres peruenire potuerunt.

**Rup.** Sed mysteria sunt hic nonnulla requirenda. Abiit, inquit, Iesu. Ecce palam est quia abiit, quia reliquit domum suam, dimisit hereditatem suam. Reliquit enim domesticos suis carnis, filios & semetipos fallentes Moysi discipulos, quib⁹ autem dixerat: Si literis illius non creditis, quomo do verbis meis creditis? Et longe abiit, ad suscitandos mortuos quos voluit, nempe ad suscitandos de lapidibus, id

id est gentibus, filios Abraham, ad dandū unū cibū et vitā omnibus à quibus æquè ut patre se nouit, hono rificandum.

Abiit trans mare Galilæum id est, transfigurauit amara via & nauigatione difficulti, scilicet portatus ligno crucis, qua tamē triumphauit omnes fluctus suæ passionis quod videlicet mare est Tiberiadis, quia (quod omnibus notum est) passus est sub dōc̄to Pilato preſide Tiberi. Cę faris, nobisq; (magnæ gęrlium multitudinē) eiusdem crucis nauigium ad sequenda uestigia sua reliquit. Vñ ipse ait: Qui vult venire post me abneget seneſtipsum & tol. mat. 16.

Circa secundum, quod est, ingentis turbæ post christi profectio, subdatur:

Et sequebat ur eum multitudo magna, quia uidebat signa quæ faciebat super his qui in firmabantur.

Apud Lucā scriptum est: Omnis turba querebat cum eā gregi, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Spiritus Luc. 6. taliter vero abeit per mare Iesum multitudine maxi Beda, ma sequebatur, quæ doctrinae fanationis & refectionis ab Turba eo celestis, summa munera perciperet, quia priuatum Do cur chri minus in carne appareret, solum illum gens Iudea sequebatur credendo.

Poſtq; vero per incarnationis suæ dispensationē fluere, vite corruptibili adiit, calcauit, traxit, maxima mox cum multitudine credentium sequuta est nationū, spiritua liter instruit, sanari ac fatiari desiderans, & deprecans cū Psalmista: Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam. Misericordiā domine quoniam infirmus sum sanare me domine quoniam cōturbata sit oīa oīla mea. Et iterū de fiducia consequendi ab eo necessarii alimenta. Ia ēta, inquit, cogitatum tuū in domino & ipse te enutriet.

Circa tertium, quod est, tam loci quam temporis nota da designatio, subdatur:

Subiit ergo in montem Iesu, & ibi sedebat cū Rupert⁹ discipulis suis.

Ergo, inquit, quia trās mare abiit, idcirco ipse quoq; in montem subiit, quia videlicet propter hoc illum deus ex altauit quia factus est obediens vsc̄p ad mortem, mortem

autem crucis, & idcirco super omnes celos celorum caput exaltauit quia de torrente passionis in via habuit.

Et ibi inquit, sedebat cum discipulis suis, proculdubio in magna solennitate contemplationis, habens coram se op' suum, & religioso corporis habitu exprimēs præparatio nem gloriae et honoris, in quo federe habebat in dextra maiestatis in excellis, & q' vbi foret ipse, illuc essent simul & discipuli sui. Si enim oīs vita sapientis meditatio mortis est, quum tamen neciat homo finem suum, quantomagis ipse qui nouerat, & pro suo arbitrio disponebat cursum & finem suum, quem latere nō poterat quia utilitas foret in sanguine passionis sua cunctas humanitatis sue vias, secundum eundem finem suum coram se habebat. Porro q' congruo tempore sic procederet, euangelista pulchre innuit ea subiungens.

Erat autē proximū pascua, dies festus Iudaorū.

**E** Festo quippe Iudaorū dī qui dicunt pascua, transi-  
tus quādo agnus brū*? in figura huius veri & rationali-*  
*xi tēp?* agni, immolabatur, & cuius sanguine postes conferabā-  
tur, & sic trāfītūs filiorū Israhel per mare rubrū, celebra-  
batur, tenendus erat hic idē dñs, & oībus sequentib' se  
viam maris iubrī, baptisimi per mortem suam paratus, & omnia quæ nūn tā miraculo panum q' sermone  
commendat in semetipso compleverunt.

Christus  
cur defuit  
solennitati  
salēto secessit dominus, sed iudai conuenire perle-  
gem præcipiebatur. Sed sc̄idūm est illic secessit  
suffic non modo valetudinarios & infirmos, sed eos etiam  
qui graues illi & periculofas habebant inimicitias, &  
hac ratio: e christum cui in Ierosolimis pharisei morte  
intentabant, ab hoc legis præcepto suffic exceptum.

Ad hanc quoq; quāuis dñs veniſſet legem spiritualiter  
implere, attamen hanc tanquam legis dñs ad literam in  
terdum soluebat. Vnde Theophilactus:

Quia enim Iudai christum persequebantur, occa-  
sionem recessus accepis legem exclusit, innuens obser-  
uantibus quād veritatem adveniente, cefsat omnis figura,  
& quod legibus ipse non subiicitur, vt legalia feta p-  
ficiat. Et hoc attende, q' non erat festum CHRISTI, sed  
Iudaorū.

Proin-

Proinde legem seruans hominem se esse demonstrat, verum hanc soluens, plus quam hominem, nempe deum.

Cetero paschale tempus patrando mox miraculo F  
valde congruebat. Siquidem corporalis hac refectio tur-  
pis esurientibus à Christo exhibita, typus erat exhibendi raculo cō-  
fidibus in eadem solennitate futuris temporibus, ut fa-  
crosanctæ mensæ conuiuij, vbi sub velamine panis & vi  
ni, ipse Christus æternæ vite cibus est & potus. Vnde &  
post hoc præstans multiplicacionis panum miraculum, de  
mysteriis tanti tamq; salubris sacramenti prolixo gra-  
tia sua sermone differenter dignatus est.

Bened ergo Euangeliſta miraculum hoc, tātī my-  
sterij tantęq; gratię exhibet typum, descripturus ait:  
Erat proximū pascua. Non em in longinquū differendū,  
sed post annum futurum erat, vt sic uictum est Mār. Ruper.  
Galilei, id est, amaritudinē iniret transmigrationis sue,  
(Galilea enim transmigratione interpretat) videlicet trans-  
eundo ex hoc mundo ad patrem per amaram passionis  
& mortis tribulationem, ac deinde se per fidem sequen-  
tes turbas populorum secundum animās refectorū erat  
sanctorum cibis scripturarum, simulq; secundum cor-  
pus & animam, vt verumq; vitam haberet, datus in  
eiam necessarium corporis & sanguinis sui sacramen-  
tum. Hoc (inquit) manifestè presenti factō propheta-  
uit. Vnde confitit homines istos tanto miraculo refectos,  
non à semetip̄is, sed nutu diuino dixisse, quia hic est ve-  
rē propheta, qui venturus est in mundum, ipsumq; euā-  
gelistam hoc ipsum intendere, quum præmetuit (vt iam  
dictum est). Erat autē proximum pascua dies festus Iu-  
daorū. Quia videlicet in paschali solennitate transiun-  
do (ve dictum est) ex hoc mundo ad patrem, reliquerat  
erat nobis sequentibus in eiam & potius corpus fu-  
um & sanguinem. Vnde etiam non sine causa hoc vnum  
tantum & solum miraculum de omnibus que ab aliis  
Euangeliſta sunt miraculis, ab hoc Euangeliſta iteratum est.

Circa secundum principale dicitur:

Quum su bleuasset ergo oculos Iesus.

Z 4 Hic

Hic ponitur de concurrente multitudine reficienda Christi pia sollicitio. Vbi tria notatur. Primum est, benigna domini oculorum subleuatio. Secundum est, eius qui conuerterat multitudinis contemplatio. Ibi: Et vidisti se. Tertium est, dispensativa dicipolorum de pascendis turbis consultatio. Ibi: Dicit ad philippum.

Circa primum dicit: Quum subleuasset ergo oculos leuis. Ut interposita coniunctionis illius, ergo, que utique est nota illationis) vim teneas, illud memoriter secundum subleuasset, quod idcirco & mare transferit, & subierit in monte, ut turbes sequentes, imo idcirco mortis amaritudinem passus sit, & in celum ascenderit, vt nos eis vestigia sequentes, ad thronum gratiae per ipsum fiducialiter accederemus.

Quum subleuasset (inquit) oculos. Subleuati oculi Iesu, senectus salutis, & parentes misericordia sunt, per quas gratia & misericordia emititur. Nam subleuatio oculorum Iesu, praesens misericordia est. Quomodo contra Psalmista de his quorū viscera crudeliter miserit nos, scit & parcere nolunt, ait: Oculos suos statuerunt declinare in terrā. Et quidem peccata patrum nostrorum, qui peccaverunt, & non sicut (quorum non iniquitates portavimus) hoc merebantur, ut Iesu oculos suos in iram iustae deprecesserent, minime subleuaret. Verū extra debitū iustitiae misericorditer de nobis recogitans, qui erit in sinu patris, prospexit de excelso sancto suo, & postmodum ccelo denovo receptus, aspecturus erat de ccelo in terrā, ut audiret gemitus coepidorum, & solueret filios interptorum. Vnde & alibi Psalmista: Oculi (inquit) eius super gentes respiciunt.

Notandum est autem Christum (euangelio testante) tribus vicibus oculos subleuasse, videlicet. Primo, dum euangelii lectio testatur, suo nos docens exemplo, ut à pauperi & inope oculos non auertamus. Nam (ve ait Ambro.) nihil grauius, qd ut pauperes fratres superboeculo despiciamus. Vnde & Tobias filium instituens: Ne auertas (inquit) faciem tam ab illo paupere, ita emet fieri nec te a uertatur facies domini.

Secundo, reperimus xpm oculos subleuasse dum erat misericordia facturus. Vnde quum esset quadragesima mortuum suscitaturus, eleuatis sursum oculis gratias agebat patri, iuxta quod in euangelio dicitur: Iesus autem eleuatis sur-

sum

sum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti Ioan. 11. me. Utique nos docens, ut in operibus bonis intentiōnē nostram in deum eleuemus. Attende similitudinem.

Emissurus quippe spiculum ē balista, sinistro clauso, oculus solo dextro oculo rem in quam hoc dirigit, intuetur. Stultus noster es, qui ad nullam rem certam, sed in incertū, & (ut clauden dicunt) vacuum per inane sagittam emitteret. Quisquis duus, ergo in opere bono deo placere desiderat, sinistra intentio nō oculo clauso, solum deum ponat in cōspectu suo.

Perdunt clerici bona que agunt, vel quia nullam in his habent deo placendi intentionē, vel quia intentionem habent iniquam, quia videlicet opera sua bona in finem referunt qui non est secundum deum, quomodo faciebat pharisei ieiunantes, vel eleemosynam facientes, vel etiā orantes. De quibus dominus loquitur, dicens: Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Mat. 6.

Hic erutus est à diabolo oculus dexter, ut sic ei feedarentur. Quomodo Naas Amones cum habitatoribus labes Galadae infre presto fuit. Illis enim rogarantibus pacem, & dicentibus: Habeto nos confederatos, & seruierus tibi, ipse respondit: In hoc feriam vobis eum fēdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Mat. 23.

Debemus autem pia intentionis oculum ad deum eleuare, & in initio boni operis, & in medio, & in fine. In initio oculū deo dicitur, ut per gratiam sanctissimi Iesu nobis dignetur cooperari, qd sine me (inquit) nihil potestis facere. Et unde per aperteō. Apostolum dicitur: Non sumus sufficiens cogitare alio, quid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiens nostra ex deo est. Omne enim quod bonum est, ab illo est, qui solus est bonus. Eleuare ergo debemus ad eum supplices in boni operis initio oculum intentionis pia, quia ipse est qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Phil. 2.

Item & in medio boni operis debemus oculū huc ad deum eleuare, ne diabolus insidians, vel in progressu illud impediatur, vel inficiat per inanem gloriam. In fine nihil minus sancta intentionis ad deum eleuare oculum operetur, ne videlicet homo bonum opus ad finem vñq. nō perducatur. Ipse enim diabolus est ille Aegypti tyrannus, qui Israëlitici germinis quulos iubet necari. Itaq. leuat is ad deum (vt dictum est oculis supplicare debemus), vt det nobis



bis feruenter velle, sinterē p̄gredi, & p̄seuerare cōstāter.

Tertio subleuasse legimus Christum oculos, quando patrem erat oratus. Vñ in euangelio scriptum est: sub leuat̄s Iesu oculis in colū dixit: Pater venit hora, claris ca filii tuū, nobis v̄t p̄ in exēpli, vt & ipsi orātes int̄iorē mētis int̄uitū dirigamus ad deū. iuxta quod p̄ Psalmi s̄tā dicitur: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. Ecce sicut oculi feruorū in manib⁹ dominorum suorum. Et sicut oculi ancilis in manib⁹ dñe s̄c, ita oculi nostri ad dñm deum nostrum, donec misereatur nostri.

Porr̄ oculi extēriores inter orandū potius sunt deprimenti, quām propter multa, tūn propter humiliatē & culpa verēcundiam, exemplo publicani q̄ ore Christi commendatur in euangelio, quād à longe flans, rolebat nec oculos ad colum leuare, sed percutiebat pes. Et siuī dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Tū vt à vanitatibus cohabeantur, iuxta quod Psalmista precatur, dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Mentales autem oculi (vt dictum est) in deum sunt per intentionem & desiderium p̄iuī figendi. Siquidem vbi amo: ibi oculus, dicente domino: Vbi thefauris tuus est, ibi est & cor tuum. Qui in celis thefaurum sui cōst̄uit, qui hic exilium illic habet patriam, hanc cum desiderio, crebris suspiriis debet salutare.

Circa secundū, quod est, eius que conuenerat multitudinis contemplatio, subditur:

Et uidisset qa multitudi maxima uenit ad eū.

K In euangelio secundū Marcum dicitur: Vedit turbā Mar. 6. multā Iesu & miserit̄s est super eos, quia erant sicut Quō xps oues non habentes pastore, & copit docere illos multa miserit̄. Quomodo miserit̄s est super eos Matthæus pleniū ex-

Beda, ponit, dicens: Et miserit̄s est eis, & curauit languidos eorum. Hoc est enim veraciter pauperum & non habentium pastorem miserereri, & viam eis veritatis docēdo aperire, & molestias corporales medicando auferre, sed & ieiunios reficiendo ad laudē superna largitatis animare, quae omnia Christum erga ha hominum turbas fecisse, fācti Euangēlistā testantur.

Tentat autem fidem turbarum, & probatam digna mercede compensat. Petendo enim solitudinem, an sequit̄ explorat, Turba vero sequendo, & non in iūmē-

tis, aut vehiculis diuersis, sed proprio labore pedum iter arripiendo deferti, quantum salutis suæ curam gerāt, ostendunt. Rursum ipse vt potēs, piusq̄ saluator, ac medi cus, excipiendo fatigatos, docendo infios, sanando agrotos, recreando ieiunos, quantum deuotōne cōdientium delectetur, infinitus.

Est autem inter hęc sciendum, quia non vno animo L eodemq̄ consilio, multitudine hęc Christum sequebarur. Turba. Siquidem eorū quidam sequebantur sola ducti vana cu Xpm̄ risitate, vt videlicet aliquid noui audirent, non vt quae quęcīs in bona & caritate sunt audenties, facerent, aut fierent me tentio vaiores, de quibus per Apostolum dicitur: Non auditores r̄fa.

legi nulli sunt apud deum, sed factores legi iustificabū Rom. 2. tur. Vnde & b. Iacobus horat̄, dices: Eſtote factores verbi, & non auditores tantū, fallentes vobmetipos. Quia si 1a. 7. quis auditor est verbi, & non factor, hic cōparabit v̄ro consideranti vultū natūritatis sūg in speculo. Considerauit em se & abit, & statim obliuīs est qualis fuerit. Por Luc. 11. rō, beati qui audiunt v̄rbum dei, & custodiunt illud.

Secundo, quidam sequebantur, vt saturarentur. Quib⁹ Carnales dicitur: Queritis me, non quia vidēs signa, sed quia mā cur sequeducatis ex panibus & saturati estis. Sunt & nunc pleuntur, rīc qui quālibet vitam conobitancē sectari consipiūt Joan. 6. tur illeci potius temporalibus commodis, quām delectati spiritualibus coelētis gratiā donis. De quibus per apostolum dicitur: Quorū deus venter est. Et alibi: Huius Phil. 3. modi Christo domino non seruient, sed suo ventri. His Ro. 16. dicitur: Primum querite regnum dei, & iustitiam eius. Verum ordinē preposto regno dei neglecto, que carnis sunt querere videntur.

Tertio, quidam Christum sequebantur, vt ditarent, Mat. 8. quorū ille erat vñus de quo apud Matthæum dicitur: Auarii se accedēs vñus scriba, ait illi: Magister sequare te quoq; ieris. Et dicit ei Iesu: Vulpes fouaces habent, & volvres colli ados, filius autem hominis non habebit caput suū relinet. Ex qua domini responſione patet hinc auaritia duce christum voluisse sectari, atq; intendit̄s ut earum quas dñs operabat cōcurationū ipse mercede aciperet, vñ de tandem ditatus, sublimis in mundo fieret & glorioſus. Vulpes ergo erat in prauitate sua intentiōis, quasi i quādā occulta foueca volēs delitescere, vt tādē huiusce spoliis diuīs

dues effectus, & ex vulpe conuersus in volucrem ad alia mundi huius, vbi tanquam in nido gloria midaea superbus fouscetur, transluaret.

Hoc modo nonnulli ea quae religionis sunt sectari etiam nunc videntur, qui diuitias optatas se consequi posse in seculari conuersatione desperantes, ecclesiastica beras prelatos loculos Christi) ad morem iudeorum, inuidant. Quibus per Ezechiel prophetam dominus terribiliter intonans communiciatur, dicens:

Eze. 34. Vx pastoribus Israel qui pascibant semetipos. Nonne greges a pastoribus pascuntur? Iac. comedebatis. & la- nis operiebamini, gregem autem meum non pascbatis. Quod infirmum fuit non consolidatis, & quod agrotum non sanatis. Quod contractum, non alligatis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quas- fistis. Per hos maximè religio christiana labefactatur, & Ecclesiasticorum reverentia minuitur sacramentorum, (quis enim adoret quod pecunia preto redimitur?) & Christianus populus peruerterit & scandalizatur.

Mat. 5. Bonobus sanè non immixti sunt comparandi, nem- pe qui aliis extincto lumine lampadarum, oleum ebibut & templum atq; altaria fecibus ali i cōmaculant. Aues utiq; tenebrarum & noctis amicæ, solem iustitiae & lu- men veritatis odientes, utiq; ad tenebras sempiternas, ni- si resipiscant ablegandi. Quibus dicitur: Non potestis deo seruire & māmonā. Quis enim vno & eodem gradienti motu posset contrarias ingredi vias? Etenim sequi chris- tum & sequi diuitias, vix prorsus opposita sunt.

M. Quarto, quidam christum sequebantur propter suas corporales infirmitates. Vnde & in euangelio secundum lucam dicitur: Et omnis turba quarebat eum rancore qua virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Tales extat & nunc qui corporalium infirmitatium doloribus stimu- lat deum in salutem suam inuocant, sed recuperata san- tate, mox dei obliuiscuntur. De quibus scriptum est: Quo occideret eos quarebant eum. Vnde & diuini tempora- ris languido sanato à domino dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Ve- rum multomagis curandis animarum nostrarum lagua- tibus post christum nobis est properandum.

Plal.  
Iohann. 5.

Quis

Quis enim spiritualiter non infirmatur? Vnde & de no- bis verificatur quod per Psalmistam dictu est: Multipli- cata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

Quinto sequebantur nonnulli Christum, ut ad salutem illi quer- tem verbis suo informarentur, è quibus ille fuit, qui ait: xpm se- Domine, verba vita æternæ habes, & quo ibimus, subas quantur, dis, si te derelicto abierimus? Sed & ille doctrinæ huius Iohann. 6. dulcedinem gustauerat, qui ait: Quād dulcia fauīb me is eloqua tua, super mel ori meo. Nimirum illi q; in hoc mundo peregrini, patriam habent in celo, verbis celesti bus delectantur, iuxta quod per Psalmistam dicitur: La- tatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus.

Porr̄di qui de terra est, de terra loquitur, & nil nisi ter renum hunc audire libet, nam & in solis rebus terrenis delectatur. Hic non sapit quæ sunt spiritus Dei, sicutitia enim est illi. Nec enim recipit stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius. Vnde scriptū est: Anima saturata calicabat fauum.

Circa tertium, quod est de turbis pascendis Christi dif- pensatia interrogatio, subditur in litera:

Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Apud Matthæum sic habes: Vespere autē factō, accē- ferunt ad eum discipuli eius, dicentes: Deserterūt est locus, & hora iam præterit, dimitte turbas, vt euntes in castel- la, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent ne- cessitate ire, date illis vos manducare. Quibus Matthæi dictis consonant Marcus & Lucas, Intelligentem ergo est se- condum Augustinum post hæc Verba dominum inspe- xisse multitudinem, & dixisse ad Philippum: Vnde eme- mus panes vt manducent hi?

Vbi fortè quæferis, quorū dñs de turba pascenda Phi- lippū potius interrogavit, quād iudam qui loculos ha- 1 udā sed bebat? Respondebat, q; locutus ille deserterūt in finibus erat Philippū Bethsaidæ ciuitatis, vt ex superioribus pater, Philippū au- confudit, tem ē ciuitate Bethsaidæ natus, turbis illis ceteris discipu- lis erat notior, vnde & de turba illa pascenda amplior

ei

N

De cōfēn-  
Euang.

ei erat sollicitudo.

Verum quoniam ex ea ciuitate essent etiam Andreas & Petrus, philippum potius interrogauit xps q̄ nō ignorabat, q̄ ex discipulis suis magis indigebat in reb⁹ diuinæ virtutis intellectu & aīo cōfirmari. Talis aut erat philiippus, qui postea dixit: Dñe ostende nobis patrē, & suffici nobis. Propterea & iā ipsum p̄r ceteris interrogatio ne sua crudite int̄debat. Et ideo dicit euāgelistā: Hoc aut dicebat tērās eū. Nō quidē tentabat cū quasi ignorās quid ille & sentire, & ceteri r̄sūsus, fed more humano hoc diūtum est. Quemadmodū quod dicitur: Deus seruat̄ cor da hominum, non offendit scrutationem ignorantia, sed certissim cognitionis, ita quoniam hic dicitur: Tentans eū, nihil aliud ostendit, quam rei sibi cōfīssimā, in discipulo ignorationem, quemadmodum magister tentat discipulū, quem scit esse ignorantem, ut ipsi discipulo ignoran̄tia sua manifestetur, & ex hoc habeat occasionem acquisi rendi quod dicit, vnde beda.

Prouida dispensatione hoc facit, non vt ipse quā nō nouerat dicas, sed vt philippus tarditatem sui fidei, quam magistro sciente ipse nesciebat, tentatus agnoscat, & miraculo facto castiget. Neque enim dubitate debuerat præsente rerum creatore, qui educit panem de terra & vino letificat eum homini, paucorum denariorū pānes sufficere turbaram milibus non paucis, ut vnuquisque sufficienter acciperet, & iam saturatus abiret.

Denique philippum de reficienda eluriente turba Domini interroga, vt ex ipsius r̄sōne mox sequiturum diuinæ virtutis signum evidenter innoscat, quomodo & vini penuriam in nuptiis permisit prius innoscere, q̄ aquam ipse in vinum conserueret.

Vnde, inquit, ememus panes? quod duobus potest modis intelligi. Vno sic: Vnde ememus, i. vnde nobis p̄sum, tantum panis comparandi, vt huic sufficiat multitudini. Alio modo sic: Vnde ememus, i. à quibus vendentibus ememus, quum locus isti sepositus ab hominibus sit deserto? Vtrinq; verum sufficere credendum est, & pecuniae videlicet & emendi panis sufficere defecut.

Ips̄e, inquit, sciebat quid esset facturus. Hoc dicit euāgelistā, ne ex infirmitate loquitionis huius: Vnde ememus panes, minorationem potentiaē in christo quāquam suspi

suspiciatur. Sciebat, inquit, cognitione videlicet infallibili, & nō solum sciebat, sed etiā disponuerat qd esset factur⁹.

Indicavit san̄e hic Christus prouidentia suā curam quam habet super omnem creaturam, de qua etiam per beatum Petrum dicitur: Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Vnde & vnumquernque nosī unū propheticus admonet sermo dicens; lāctia cogitatum tuum in domino & ipse te cōsideriet.

Enutrit autem hominem secundum vitam triplicem, videlicet, Naturā, gratiā, & gloriā. Vnde & triplicem confert cibum, sū naturale suū materiale, spirituale, plūcē & eternale. Primum dat ad conseruationem naturā, xps, de quo dicitur per Psalmistam: Qui dat escam omni carni. Hunc ab eo p̄cūm dicescentes; Panem nostrum quotidianum a nobis hodie.

Secondo dat cibum spirituale quo conseruemur in vita gratiā, scilicet verbum dei, quin & sacrosanctū corpus & sanguinem suum, panem utiq; viuum qui de celo descendit, & dat vitam mundo.

Tertio dat cibum gloriæ. Nam si consideretur homo secundum se totum, i. secundum corpus pariter & animam post resurrectionem à mortuis, confert ei cibi gloria & sollicitatis eternæ, in clara visione & fructuōse ea diuinitatis xpi pariter & eius humanitatis. Hic enim cibis pascit ineffabiliter beatificans electos, sequitur.

Respondit ei philippus: Ducentorum denarium panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.

Philippus ergo reficienda turba emendos fore panes arbitratus, ducentos denarios commemorat, nihil proorsus ad omnipotentiam xpi attendens. In quo tarditatem suā ostendit. Nam si perfecte de creatore sentire, de ipsis potentiæ non diffideret largitatem. Ducentorum, inquit, denariorū panes, i. panes ducentis empti denariis non sufficiunt eis, non modo ad satietatem, sed neque vt vnuquisque modicum quid accipiat, sed multa eis opus est amona, quoniam sīnt & numero plurimi, famelici præterea & satigati, & non in vico vel oppido, sed in hoc sterili deserto, vbi nō solum nihil panum, sed nec fructuum

vel

vel gratis vel pretio posset haberi. Vnde patet quod tantum  
hominum multitudini reficiendae humanum consilium  
omnino fuit inuidium. sequitur.

Dicit enim ex discipulis eius Andreas frater  
Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet  
quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed  
hac quid sunt inter tantos?

Aestimo (iuit Chry.) non sine causa Andrea id dicere, sed  
quia audierat signum quod Heliæus quondam de panibus  
hordeaceis fecerat, pauci enim de viginti panibus cœti  
hoes. Acedit igit̄ mēte in aliquod excusum, sed ad sum-  
mū nō potuit puenire, quod ex eo patet quod subdidit.  
Sed hac quid sunt inter tantos? Aestimabat enim quod de pau-  
cioribus pauciora, & de pluribus plura factur̄ est, q̄ mi-  
racula faciebat. Sed ita non erat. Nam aquæ facile ei erat,  
ut de pluribus ita de paucioribus panib⁹ pascere turbas.  
Non enim subiecta materia indigebat, sed ne videarentur  
creaturæ alienæ esse ab eius sapientia, ipsis creaturis vi-  
tur ad materiam miraculorum.

**Manichei.** Confundantur igit̄ Manichei, qui dicunt quod  
cōfutant. & panis, & omnia huiusmodi creata sunt à malo Deo,  
**Theop.** quia bona Dei filius Iesus Christus panes multiplicauit.  
Nam si creaturæ mala fuissent, nequaquam bonus mala  
multiplicasset.

**Mat. 10.** Sed dicat aliquis: Quum dominus ante præcepisset  
discipulis dicens: Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq;  
pecuniam in zona vestris, nō perā i via, neq; duas tunicas,  
quarū hic panes secū acceperat? Sed confat hoc illis Dñm  
præcepisse ad op̄ p̄dicationis profisciscéribus, ac p̄ hoc deela-  
rare vita necessaria predicatoribus fore conterēta. His  
autem ex prædicatione regredi, & rursus dominum se-  
quuntur, ex consuetudine secum aliquid artulerant, iuxta  
quod alio loco memoratur eos fuisse panum oblitos.

**Chry.** Attendant hic deliciis dediti, quid viri illi magni &  
admirabiles comedenter, quām vilis & modica eorum  
mensa fuerit, intueantur in omnibus eorum abstinentiis  
rū qualis am. Tantum panes habebant hordeaceos, cibum vītque  
cōmeatus pauperum, & pisces duos. Hic totus erat apparatus.

**R. R.** Est, inquit, puer vnuis hic. Quis iste puer cum panib⁹  
& pisibus fuerit, vel cuius in obsequium, utrumne Chri-

sti & discipulorum eius, an quorumlibet ē turba, & vena  
lia haec portauerit, iuxta historiam ignoramus.

Mystice vero, quacunq; in solitudine, quasi in deserti  
(id est, seculi huius) regione turba gentium Christum se-  
quitur trans mare baptisimi eius, illic adest puer stultus  
magnitude cunctis notus, scilicet ille Iudaorum popu-  
lus, sed malicie veteranus, sanguine Christi pollutus, qui  
pro parte coruia qui residui sunt à gladio, in omnes gen-  
tes capti prius ductus est. Quocunq; enim Christum tur-  
ba credentium sequuta est, illus iste puer deportauit secū  
integros quinque Mosaicę legis panes. i. totidem libros,  
duos quoque pisces, i. prophetas omnes, & psalmos, legē  
simul & euangelium testificantes, vel unum eidēc xpm,  
regem simul & sacerdotem, claris præconiis concientes,

Illi scripturarum panes ac pisces, collo seruili bau-  
lat nec manducat, fudat sub onere litera, nec attingit ma-  
nu vel dentē medullam spiritualis intelligentiæ. Non er-  
at ḡ sibi, sed omni mundo portat, ut omnis homo vel quæ  
cum genest testimonia Christi quām antiquissima sint, de Iudei nō  
vicino audiat, & vt non dicat paganus sive hæreticus à sibi, sed  
nobis confita effe quacunq; de Christo contra eos pro nobis scri-  
ferimus testimonia, quacunq; de rege & sponso suo cu<sup>a</sup> pturas fe-  
tholica contra omnes Veritatis ad ueriarioris prædicat̄ ee<sup>a</sup> runt,  
etias onere, i. lege sua.

Nam quemadmodum filii Ruben & Gad & dimidia  
tribus Manasse, nolentes transire cum ceteris filiis Israel filii Rubē  
ad habitandum trans Jordanem, & citra ipsum caulas o<sup>a</sup> & Gad,  
uiū fabricantes & stabula armentorum, nos ipsi, inquit, Num. 2,  
armati & accincti per gemus ad prælium ante filios Is-  
rael, donec introducamus eos ad loca sua, vsque dum pos-  
sident hæreditatem suam, nec quicquam querimus trās  
Jordanem, quia iam habemus possessionem nostram, &  
ita egerunt.

Sic iste populus qui noluit nobiscum transire Chri-  
sti baptisatum, tamen hic inter nos est, portans, non sibi  
(vt dictum est) sed nobis, omnes scripturas legis & p̄phe-  
tarum, quæ vno eodemq; sensu cibis & armis nobis sunt,  
neq; dimitunt nos donec perueniat ad viciniam audi-  
torium nostrum, sive contra paganus, sive hæreticum,  
sive etiam contra ipsum armaturæ nostræ portitorum  
AA quicq;

quicquam dicendum sit vel agendum. Est igitur puer unus hic habens quinque panes hordeaceos & duos pisces. i. quinque Moyse libros sub tenacissima litera palea granum ipsum continentes. *pphetasq; & Pslams xpm testificantes.*

*Veteris?* Sed quid hęc sunt inter tantos? videlicet si ita permanserint neant, quomodo iste puer illos circumportat, permodum quomodo cum & nimis parvus est. Esurientium quippe multitudine do ut edū, magna est, & in ipsa multitudine aliqui sunt magni. id est, magnae capaces scientia, oratores atque philologi. Nam & de ipsis nonnulli veniunt ad fidem Christi. At ut le scriptura secundum literalem sensum non valde magna sunt. Quid enim magnum apponenter aido coniuia. es, cuiilibet philologo vel oratori, vocato & sedenti ad messem Christi, quum non nisi secundum literam legeretur illi, quia Abraham duos filios habuit, unum de ancilla & unum de libera, vel minor ex filiis Isaac, scilicet Jacob a fratre matris maiori filio benedictionem præcipuit, contenus hirsutis hedorum pelliculis? Sic & in plerisque gestis, mandatis, siue holocaustis, adeo macra litera est, ut quālibet esurienti, i. verbum dei desideranti, in ipso desiderio fastidium generare possit, nisi ad Christi manus implenda haec scriptura perueniaset.

Gal. 5.  
Ge. 27.

## Homilia altera.

Acite homines discubere. Io. sexto.

F In hac euangelica lectionis parte duo restant consideranda. Vnum est, multitudinis esurientium miranda refectione. Alterum, patrato signo notanda sequitio, ibi: Ut autem impleti sunt. Circa primum tria notantur. Primum est, reficiendorum decens ordinatio. Secundum est, loci recumbentium attendenda conditio, ibi: Erat autem fenum multum. Tertium est, diuinī beneficii admīnistranda collatio, ibi: Accipit ergo.

A Circa primum dicit euangelista: Dixit ergo Iesus, Facite homines discubere. Imbecillo auxilio humano derelicto quod sibi videbatur est exequutus. Verum ad apostolos

apostolos pertinere voluit, vt faciant homines discubere, sed ab ipso expectabatur, unde reficerentur discubentes. Vbi & apostolorum attendenda est obedientia, q; obedientia non interrogatur ad quid deberent homines discubere, nec unde deberent refici, sed quod iussum erat humilitate impluerunt, non ignorantes quin is qui olim parauit misericordiam in deserto, etiam nunc reficere turbas posset in solitudine. Vbi Cyrus:

Innotata sibi, inquit, mansuetudine nec increpat, nec vise modo reprehendit discipulos tanta affectus pusilli initiate, sed rebus ipsis ad fidem inducit: Facite, inquit, homines discubere, & virtutem meam in panum multiplicatione cognoscetis.

Vbi adiungere est quenadmodum discubitorū & mēteserigū, & dissidentiam demonstrat. siquidem nondum viuis panibus iubet in spem refectionis turbam discubere, vt ostendat ei subita esse etiam ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt. Vnde & per apostolum dicitur: Vocat ea quæ non sunt sicut ea quæ sunt.

R. 0. 4

Itaq; dum audis φ apostoli fecerunt homines discubere, cognoscere prælatorum & eorum qui fungunt magistratus id esse officii ut ea instituta præcipiatq; subiectis, p; quæ aequitate seruata in pace & uanuinitate adiunq; ordinantur. In euangelio secundum Marcum habes:

Et præcepit illi ut accubere facerent, & secundum contuberita super viride fenum, & discubuerint in partes per centenos & per quinquagenos. Vbi diversi coniuanterunt discubitus distinctos per orbem ecclesiastri cōœtus, que uiam catholicam faciunt, delignant. Quos bene dominus quinquagenos per turmas, vel centenos discubere præcepit, ut videbatur turba fidelium eam suam & locis distincta & moribus coniuncta perciperet.

Circa secundum, quod est, loci recumbentium attendenda conditio, subditur:

Erat autem fenum multum in loco.

Dicitur hic fenum herba viridis. Erat enim proximum Baphica, quod in primo mense veris celebrabatur, quando videbatur arrider noui temporis gratia, amena celi temperies, & iocunditas vernalis, quando iam renouata post hymen facies terræ pulchre germinat, & in spem fructus arbores floribus decorantur.

AA. 2 Quia

Quia igitur fœnum multum erat in loco, commodius poterant homines discumbere.

Beda. Mysteriè fœnum in quo discubens turba reficit, concus fœnum pescientia carnis intelligitur, quam sibi subictere, calear, myst. & premeret debet omnis qui spiritualibus alimentis satia.

Esa. 40:11 desiderat. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos feni. Discubat ergo super florem feni, & florem feni huius conterat, i.e. castigat corpus suum, & seruitu subiciat, voluptates carnis edomet, luxurie sua restringat, quisquis panis viu suavitate cupit refici, quisquis superna gratia dabis ut am renouari. Illi ergo quasi super viride fœnum discubentes dominicis palco tur alimentis, qui per studium continentis calcatis carnarium concupiscentiarum illecebris, audiendis implendis dei verbis operam impendunt.

Sequitur:

Discubuerunt ergo uiiri, numero quasi quinque milia.

Sic Marcus quoque & Lucas testantur. Matthæus autem completetus hunc numerum designat, dicens: Manducatum autem fuit numerus quinque milia virorum, exceptis mulieribus & parvulis. Quoties enim (ut dicit Hieronymus) sacerdotes atque Leuita, & exercitus vel turma pugnantium distribuibuntur, serui & mulieres & parvuli, & vulgus ignobile absque numero prermitte titur.

Arbitrandum est autem & quali vel certè maiori numero mulieres & alios huicmodi non solitos numerari ibidem fuisse. Porro numerus quinque milium exprimitur ut cuiilibet hominum milenario panis unus responderet. Discubuerunt ergo nec vagi neque fortuiti, sed (ut dictum est) ordine congruenti seorsum distincti per contubernia, id est, per societas, centeni & quingenten.

Circa secundum, quod est, Diuini beneficj multiplicatis eis miranda exhibito, subditur:

Acceptit ergo Iesus panes, & quum gratias egisset distribuit discubentibus.

Non

Non ergo saluator noua creat cibaria, sed acceptis eisque habuerunt discipuli, benedicit, quia veniens in carne nō alia q̄ praedicta sunt, predicabat, sed legis & prophetarū scripta q̄ in mysteriis gratiae grauida demonstrat.

Egit autem gratias videlicet ut nos de perceptis vel Gratias a percipiendis coelestis gratiae donis exemplo suo gratias git x p̄, agere prædiceret, & ipse quantum de nostris profectibus gratuletur, & de nostra spirituali refectione gaudet inimicorum.

Proinde quantum nostræ cōgaudeat saluti ex eo pa- Saluti no tet quod narrat Lucas Euangelista, dedisse videlicet cum fr̄c conscipiūt potestatem, calcidis supra omnem virtutem in gaudentiī, eorumque nomina scripta indicasse in celis, quoniam christus mox subiunxit: In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, Luc. 10. & dixit: Confiteor tibi pater Domine celi & terræ, quia abscendiſt hæc a sapientibus & prudentiis, & reuelasti ea parvulis. Claret ergo quia salutis ac vita fidelium congratular, qui patrē gratias agēdo collaudat, quod ē ea quae superbientibus abscendiſt, humilibus spiritu secreta reuelauerit.

Noluit autem Dominus panes vnde turbam reficeret Panes no de novo creare plures ob causas. Primo, vt manichorū uos cur confutet errorē dicitū corporalem substantiā eternā nō creat. A malo deo productam. Si enim creatura panis mala esset, nequaquam christus qui bonus est mala multiplicat, sed itaq; creaturis ad miracula vitetur ne videātur ab ei? bonitate, & sapientia esse aliena.

Secundo, vt offendat se victualium omnium esse largitorum illum de quo per Psalmistam dicitur: Qui dat es cam omni carni.

Tertio, panes multiplicat, vt ostendat se illum esse qui in principio conditionis rerum dixit: Germinet terra herbam virentem & facientem semen. Pisces vero multiplicat, vt probet se esse qui in principio omne animal aquatile cum ex aquis produxit.

Quarto, vt per hoc ostendat se esse dominum terræ pariter & maris.

Quinto, vt nobis de exemplum, quod & si etiam nō rifi pauca habemus ex his libenter aliquid indigentibus impartiamur, iuxta illud: Si multum tibi fuerit, abundat tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum liben

A A ; ter

ter impartiri stude. Exemplo etiam nobis ad hoc sunt Apostoli qui quinque panes (nēpe totum vīctum suūm) alēndā turbā proferre iussi, nūl contradicunt, nūl remurant, vt dicant: Vnde nos famem propriam mitigabimūs?

Rupert. Ceterum intelligamus quia dominus Iesus quotidie se panem cœlestis doctrinæ distribuit. Hoc præcipiens viuēris vt (sic dicitum est) recumbant super fœnum jūdæi, vt reprimant vitia carnis.

Apoca. 5. Quando autem scripturam legis & prophetarum (que per panes istos & pīces designat) quia noī pascit in manibus suis ipse accepit, planius aperit, quād ipse (in xta loātis Apocalypsim) vñerū agnus (assūtens in medio throni & quatuor animalium & seniorum, id est in međio ecclesiæ, tanquam occisus, amo & reuera occisus, sed denuo viuēs, habens cornua septē & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei ab ipso recepto in celum misi in omnem terram) Venit per incarnationis mysterium & passionis ad resurrectionis lux triumphum usque ad de xtra sedentis super thronum. Vbi accepit librum de de xtra sedentis super thronū & aperuit illū, id est, vñuerū sam scripturam sanctam diuinus inspiratam, de diuina potentia suscepit in se medipso comprehendam, cuius videli et tota circa salutem nostram in natura hoīs affixita dispensatio prædicti libri aperiōt, id est, sanctarum scripturārum adimpleret eī. Non enim intelligerentur scripturæ, nisi in illo sufficent implete.

Itaque tunc scripturarum sanctarum panes Domi-  
nus Iesus in manibus suis accepit quando secundum scri-  
pturas incarnatus passus est & resurrexit. Tunc, in quam acceptis panib⁹ gratias egit, quando ita scripturas adim-  
plendo semetipsum obtulit patri, in sacrificium gratie &  
veritatis.

Beda. Porro secundum matthæum & lucam multiplicatus panes Dominus suscepit in celum, ut illuc dirigen-  
da mentis et cœlibij lucē scientiæ, doceat esse querendam.  
Frangit, & ante turbas ponēdā discipulis distribuit, quia sacramenta prophetarū sanctis doctoribus qui hæc toto  
orte prædicent, patefacit.

Acceptit, inquit, Iesus panes, hordæ et os nūmīrum, quis  
bus

fus omnem sequentium se multitudinem ad vitam æter. Quiq; pa-  
nam erat refecturus & duos pīces. Hi sum quinq; libri nōs ordea-  
Moyſi, quibus spirituali intellexū patefactis, & abundā cei my-  
storiæ iam sensu multiplicatis, auditorum fidelium quo-  
sue, scītē corda recīfit. Qui panes hene ordeacij referuntur, ni-  
mirum propter austeriora legis edicta, & tegmina lite-  
ra grossiora, que interiorem spiritualis sensus quasi me-  
dullam celabant.

Porrò duo pīces quos addidit, Psalmistarum nō in-  
conuenienter & prophetarum scripta significant, quo-  
rum vñum canendo, alterum calloquendo suis auditori-  
bus futura Christi & Ecclesiæ sacramenta narrabant.  
Sequitur:

Similiter & ex pīscibus quantum uole-  
bant.

Hoc est, tam de Moyſe quād de omnibus prophetis & E-  
Palmis sufficienter populum suum instruxit, apériens  
illis sensum, vt intelligerent scripturas. Primum, ipsi apostolis,  
deinde per ipsoscorum adiutores & successores,  
illuminas & informans, vt sufficientia de lege &  
prophetis & psalmis Euangelicæ fidei adiumenta sub-  
ministrarent. Vnde & notanter in cœteris Euangelistis  
expressum legimus, quia quum Christus benedixit &  
fregisset, discipulis suis, discipuli autem turbis accepta pī-  
poluerunt.

E attende quemadmodum summa eruditio[n]is testa-  
menti Veteris in his quinque panibus & duobus pīscib⁹  
designetur. Si quidem quinque libris Mosaicæ legis diui-  
nae aternitatis cognitio, mundi creatio, procurius feculū  
labentis & vera Deo seruendi religio innovuit. Per du-  
os verē pīces (sic dicitum est) psalmi sunt & pro-  
phetae figurati, qui eruditū in lege dei populu de promi-  
ſione diuīce incarnationis noua gratie dulcedine pas-  
cant. Qua tripla sacre scriptura distinctione totā Veteris  
instrumenti serie cōp̄rendi difficultate docemur.

Apparens enim discipulis ait domin⁹ ipse, quia opor-  
templari omnia quæ scripta sunt in lege Moyſi, & pro  
phetis, & psalmis de me. Et quum aperuit illis sensu vt  
intelligerent scripturas, & intellectas spiritualiter fidelib⁹

A A 4 trade

Luc. vñt.

traderent auditoribus, quasi benedicens panibus apostoli  
licitis ac pisticibus, hosq; interna suavitatis dona multiplicans, turbis dispersit p̄cepit.

**Christus** Notandum verò est, quia dominus pro suis cuiq; vi  
vt ad p̄ribus dona tribuens, semperq; ad perfectiora prouocās,  
fectiora primo, quinq; panibus quinq; milia, secundo, septem pa-  
nibus quatuor hominum milia reficit, tertio, discipulis  
sue carnis & sanguinis mysterium credit, ad ultimum,  
**Luc. 12.** magno munere dat electus, vt edant & bibant super mē  
sam suam in regno suo.

**Tria xp̄s** Proinde secundum est, quod alij tres euangeliste de-  
fecit imi- signant Christum circa miraculum hoc tria fecisse, quia  
tanda, videlicet suscepit in celis benedixit panes, & eos frigit,  
quæ tria Iohannes facet. Suscepit quidē in colum ad pa-  
trem, à quo est in filio poterū diuinitatis æqualis patrī  
miraculū operandis. Benedixit panes. Porrō de benedi-  
ctio (secundū Gregorium) diuinorū collatio donorū est,  
& corundem multiplicatio. Sicut enim in rerum primorū  
dio omnes creaturas benedictas naturalem illis virtutem  
contulit, ut ex seūicem naturaliter multiplicarentur,  
ita & nūc quia panum multiplicatio supernaturalis erat  
necessaria ad hoc fuit benedictio singularis. Quibus autē  
verbis hanc xp̄s expresserit, literis proditum non est.

**Cyril.** Hinc documentum habemus, vt nihil in cibum su-  
mamus, nisi verbo dei & crucis signaculo prius facti se-  
tur, siquidem ex peccato hominis hoc consequuntur est,  
vt potestatem sibi diabolus in reb⁹ istis corporalibus ad  
subleuandam hominis necessitatem ordinatis usurpare-  
rit, ut per eas homini noceat.

Dicitum est etiā, qui panes quos bene iixit Christus,  
friget, ut frustatum populo diuidentur. Quum autē dis-  
cit, quia distribuit discubentibus, intellige distributio-  
nem hāc discipulorum manibus factam. Vnde Matth⁹,  
dedit (inquit) discipulis, discipuli autem turbis,

multipli- Querunt nonnulli quomodo hāc multiplicatio pa-  
cationis num & pisticum facta fuerit. Respondebat Hilarius: Non  
panū mo- sensus (inquietus) non visus, effectum tam conspicabilis  
dusid. operationis adsequitur. Quia est, quod non erat, videtur,  
quod non intelligitur. Solum hoc superest, ut deus om-  
nia posse credatur.

Dicit autem Hieronymus, quod domino panem frane-  
gente

gente, multiplicatio partium facta est, sed & inter disci-  
pulorum manus, & etiam in manibus fumentiū, immen-  
sa crecebant panis substantia.

Quod si queras, vnde veniebant partes illæ panis que  
succedebant fragmentis distributis. Dicit Augustinus:  
Vnde multiplicat de paucis granis segetes, inde in mani-  
bus suis multiplicauit quinq; panes. Potestas enim erat  
in manibus Christi. Panes illi quinq; quasi semina erant,  
non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit,  
multiplicata.

Circa secundum principale dicitur:

Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis:  
Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne  
pereant.

Hic ponitur patrato miraculo notanda cōsequitio. Vbi  
tria notantur. Primum est, fragmentorum qua supere-  
rat imperata collectio. Secundum est, quantitatis collec-  
torum consideranda designatio. Ibi: Collegerunt ergo  
Tertium est, ob visum signum digna laudatio. Ibi: Illi  
ergo. Circa primum, adverte quod hāc fragmentorum  
imperata collectio, non ostentatio superflua fuit, sed ne  
phantasiā astinuerint quod factum est, propter quod  
etiam ex subiecta materia miraculum fecit.

Sed quare non turbis commisit fragmenta portanda  
sed discipulis? Videlicet, quoniam hos maximè erudit  
volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Ego  
autem (inquit idem Chrys.) non solum admiror multi-  
plicationem panum quæ facta est, sed & certitudinem su-  
perflorum, quia non plus neq; minus fecit superfluum  
esse, sed tantum quantum volebat, scilicet duodecim co-  
pinios secundum numerum duodecim Apollolorum.

Ecce magnum quidem in facto exteriori diuinī bene-  
ficii miraculum, veruntamen quotidianis operibus dei  
non magis admirandum. Maius enim totius mundi gu-  
bernatio est miraculum, quam de quicq; panibus saturata  
est quinq; milium hominum. Itaq; non tam mirandum  
est hoc facere potuisse deum, quam gaudēdum, cum qui  
hāc

Ruper.  
Miraculi  
confide-  
ratio.

Chry.

G  
Fragmē-  
torū col-  
lectio.

hac facere posset, venisse in hunc mundum, verum deum dei filium hominem verum factum esse.

**H**oc ceterum quod hic ad nos spectat attende quodam panis tri qui orantes dicimus: Panem nostrum quotidianum da plebs per nobis hodie, triplicem debet panem humilitatem nostram desuntus. Ut uotio intendere. Primum, scilicet panem spiritualem, id est, omne verbum quod procedit ex ore dei, quo noster homo interior vivit. Deinde panem dominici corporis, quo interior simus & exterior homo in vitam conualescit aeternam. Et subinde panem carnalem quem etiam idem deus & pater omnium homini uermerito de terra producit, operari terram in sudore vultus sui, qui nisi peccasset, poterat absque labore frui ultro neis paradisi delicias. Si quidem & ipse dominus praesentibus turbis omnem huius triclinii panis largitatem eodem tempore aperuit. Loquebatur enim illis de regno dei, quod est panem spiritualem frangere ei sument. Refecit eos carnalibus epulis, & deinde praedicauit eis, ut esurirent & sitarent cibum & potum corporis sui & sanguinis.

**F**ragmen- Igitur quod nunc ait, colligitur quae superauerunt fragmenta ne perirent, reuerenter & diligenter est obseruan- dum in omni pane, quem tripliciter (vt iam dictum est) percant. vita nostra & salutis gratia eius prouidit, videlicet ne nimis sublimia & fortia praedicemus infirmis, ne indignis indolentibus tradamus eucharistiam dominici corporis & sanguinis, ne abundantia nostra in carnalibus cibis, quae aliorum inopiam supplerre posset aut in superfluitate ab utamur, aut per incuriam perire patiamur.

Circa secundum, quod est, quantitatis collectorum notanda designatio, subditur:

Collegenter ergo & implauerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque & panibus que superuerunt his qui manducauerunt.

**I** Redarguta est ergo discipulorum tarditas & fides adhuc permodica qui dixerant ducentorum denariorum panes eis non sufficerent ut unusquisque modicum quid acciperet. Item de quinque panibus & duobus pescibus, haec quid sunt inter tantos? inquit & iuxta alios Euangelistas cossiliis

huius incompetens dabant omnipotenti misericordiae Dei dimittere scilicet turbas, ut irent in castella villasque propias, & emerent sibi escas.

Acrius vero & multo maximè ille nullius fidei puer Iudaicus populus sensi parvulus, & malitia nimis virtus dum uidet panes diuinæ scripturae quos volebat forsus portare, nec tamen curabat manducare, & ablatos sibi & toti mundo communicatos, luxet quod idem dominus noster aliibi dicit: Amen dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Videt & inuidet saturatas esse suis panibus gentes quarum aeternam odit reficiem, & inter comedentium horas manuque crescere lugiter medullam ordei, ita ut armaria conuiciuum plena sunt explanationum libris, cuius videlicet ordei paleam apertimam ore languido famelicius lambit, & puerali dente lambit frustra.

Quar autem in duodecim cophinos magis quam in aliun numerum Christo disponentes fragmentorum abundantia succreuit, videlicet, quia duodecim erant Apostoli numero suo præfigurantes viueros sanctæ ecclesiæ doctores, quorum fidelis ministerio tractandus erat vita, si iste scripturarum panis.

Confat verò, nec dubium finit esse veritas promittens, quod omnis seruus fidelis & prudens quem constitutus dominus supra familiam suam ut det illis cibum in tempore, quem ita fecerit premium condignum reportabit, & iuxta aliam parabolam, quia habuit, dabitur ei & abundabit.

Igitur quia & unusquisque propriam mercedem accepit secundum suum laborem, recte saturatis omnibus, duodecim fragmentorum cophini superuerunt, ut unusquisque discipulorum qui manutrauerant, suum reportaret cophinum.

Circa tertium, quod est, ob signum visum digna laudatio, subiungitur in litera:

Illi ergo homines quum uidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui uenturus est in munere.

Et nos

Mat. 22.  
Iudæi is  
panis  
fideles  
saturant.

Duodecim  
cophini,  
mysticæ.

1. Cor. 5.

K. Et nos de quibus scriptum est: Edent pauperes & satrabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, nos inquam, qui requisiuitus eum trax mare baptisimi sui illum sequuti, nunc interim in hac regione deserti tripli-ci (vt prædictum est) pane ab illo quotidie refecti. Laudemus illum vera laude, dicentes: Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum, quia magnus & cuius actio, dens fecit nobis signum, superatis aquis que intrauerunt usq; ad animam eius, id est, vita morte, quia resurrexit & in cœlum ascedit, misericordia nobis famelici gratiam suæ benedictionis, scilicet spiritum sanctum, quo panes suos multiplices nobis manducabiles, id est scripturas sanctas intelligit fecit, & hoc modo immixtis in os nostrum vocē confessione, canticum laudis, hymnum gratiarum actionis.

Dicamus itaq;, quia hic est verè Prophetæ qui venturus est in mundum. Verè enim non cecidit in terram vnu verbum ex omnibus quæ loquitur est quæ de seipso p̄dixit, quæ nobis pollicitus est. Ex his ergo quæ iam facta sunt sciimus indubitanter & illud quod futurum est, quia venturus est in mundum, scilicet ad iudicandum omnem seculum, ad regnandum in secula seculorum. Attamen illi homines qui viderunt hoc signum, & hæc de illo dixerunt, non eo sensu dixerunt, sed carnalia quæ essent, temporali eius beneficio delectati, quod tamen mirabiliter fecit, ita dixerunt, qui venturus est in mundum, ac si dicenter, qui huius mundi gloriam, & temporale iam à nobis viuentibus accepturus est regnum Iudæorum.

Nam sequitur:

Iesus ergo quum cognouisset quod venturi essent, ut raperent eum, & facerent super se regem, fugit iterum in montem ipse solus, sic illi: At nos certior cogitatione vereitatis & fidei, videntes mundum quem fecit Iesus, & signa quibus illum repleuit, dicamus. Quia hic est verè mediator dei & hominum, impletum mundum diuinitate, & mundus per ipsum factus est, qui in propria venit genus humanum querere, & saluare quod perierat, & recreare mundum quem fecerat, qui cum iuis fidelibus per presentem deitatis est in mundo omnibus diebus usq; ad consummationem seculi, qui in consummatione seculi per humanitatem venturus est in mundum ut reddat singulis secundum opera eorum, impio-

quis,

quidem & peccatores & ternum prolixiens in ignem, iustos autem in vitam introducens eternam,

# Dominica in

## PASSIONE.



Vis ex uobis arguet me de peccato: Iohannis octauo.

In lectione sancti euangelii seriatim quatuor sunt consideranda. Primum est, irreprehensibilis Christi doctrina q̄ actio. Secundum est, Blasphemantium Xpm indigna contradicio, ibi: Responderunt ergo Iudæi, Tertium est, Aduersum vera respondentem contumeliosa replicatio, ibi: Disserunt ergo Iudæi, Quartum est, Calumnias diluentes patrata lapidatio, ibi: R. espontet Iesu, Si ego.

Circa primum tria notantur. Primum est, Bñ sibi concessi proposita innocentia. Secundum est, Veritatem nō credentium redargunt malitia, ibi: Si veritatem, Tertium ē, Ostensa perfidis incredulitatis sua causa, ibi: Qui est ex Xps deo. Circa primum dominus loquitur dicens: Quis ex vobis fecerit argut me de peccato? Interrogatio ē bene sibi de sua vobis innocentia consit. Magnam enim hoc christi verbum habent fiduciam, quum nullus homini fiducialiter hoc dicere possit. Orig. potuerit, nisi solus dominus noster qui peccatum non fecit. Magna etiam eluet mansuetudo filii dei, qua pecuniarum dignatur, quis eum de peccato arguere velit aut possit, quum ipse ad relaxanda peccata venerit.

Magna nihilominus iustitia, cuius conscientia talem apud maleulos auditores propositionem facit. Ait vir sanctus: Nō cōtempsi subire iudicium cum feruo meo & cū ancilla mea, quum disceptarent aduersum me xp̄s autem non quorūque feruorum iudicio se committit, sed malorum, sed infidelium struorū, sed hostili furore aduersarium. Magna igitur innocentiae fiducia, vbi etiam aduersari

sario iudicium caus ab eo q̄ reus insimulatur, cōmittit,  
Sed quorū hoc tendit, nīsi vīḡ ad victoriū iudiciū  
ad confundandas (videlicet) rebelles conscientias inimicorū  
regis? E d̄ nanc̄ tendit, vt agnoscant q̄ in die iudiciū nūl-  
lam sint excusatōnē habūtū, quia non crediderūt illi,  
præfertim quum nec sic proponent domino, possint obis  
cere, sc̄ifici, aut faci quod minus rectū est hoc Vel illud.  
Proinde nec poterant in eum iactare illud, quod iam vul-  
go dicitur: Cuius vita despiciunt, restat vt & eius prædi-  
catio contemnatur.

Sic etiā constantes humiles, & humiliiter cōstantes su-  
os quoq̄ vult esse discipulos in autoritate prædicatiōis,  
quoniam dicit: Et quiq̄ nō receperint vos, exentes foras  
de domo vel ciuitate, excute puerū de pēdibus vestris,  
in testimoniū eorum. Hoc autem est prædicatori puerē  
quoq̄ qui de ciuitatibus reproborūt, pedibus eis adhuc  
excute in testimoniū eorum, peccata etiam leuiora si  
ne quibus humana omnino non potest vita transfigi, pu-  
blice plangere, & quotidiani hæc emundando remediis  
de cæstro vestimenta sua, i. totius corporis membra, ab  
omni luto vitę carnalis impolluta custodire.

Eccles. 9 Qui ergo discipulus hoc præcipiebat, vt vestimenta  
sua excuteret, vt iuxta quod salomon ait: omni tem-  
pore sunt vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo  
non deficit, sancte vivēt pacem euangelizare, dignē  
ipse prior vestimentum suum mundum, & nulla indi-  
gens excusione istis ostendebat, dicens: Quis ex vobis ar-  
guet me de peccato? Dicit autem de contemptoribus eos  
sundem excusorum: Amen dico vobis, tolerabilius erit  
terre Sodomorum & Gomorrhae in die iudicii, q̄  
ciuitati illi. Quantomaḡ isti inexcusabiles erunt, qui  
hunc de nullo (quamvis exiguo) peccato arguere valen-  
tes, non recipiunt.

Circa secundum, quod est, veritati non creditum re-  
darguta malitia, subditur:

Rup. B Si ueritatem dico, quare non creditis mihi?  
Igitur quum dixisset: Quis ex vobis arguet me de pecca-  
to? reslē subiunxit: Si veritatem dico, quare non creditis  
mihi? vt ita conuēti, conscientias suas interrogent, quam  
excusationem habere possint in die iudicii.

Porro

Porrò causam quareveritatem dicenti non credebāt,  
paulo autē ostendit vbi ait: Ego autem quia veritatem  
dico vobis, non creditis mihi. Quasi dicat: illius qui homi  
cida fuit ab initio & in veritate non stetit, vos desideria  
facere vultis mihi autem nec falem creditis, non aliam  
ob causam, nisi quia veritatem dico vobis. Quid autem  
hoc peruersius? Quid tali oculo nequius? Quid magis obli-  
quum aut tranfussum, q̄ non credere cuiquam, eo q̄ dis-  
car veritatem? quām econtrario magis illi credendum fu-  
erit, eo q̄ veritatem dicat?

Sed ne mireris, isti enim ex patre diabolo sunt. Genera-  
tionis autē diabolice hoc proprium est, vt sit mēdax, & cō  
mitat veritatem dei in mendacium, dicendo s. bonum ma-  
li, & malum bonū, ponendo dulce amarū, & amarū dul-  
ce, vocando lucem tenebras, & tenebras lucē. Hinc igitur  
quoniam veritas est, & falli ipse non potest, qui dixerat eis:  
Vos ex patre diabolo estis, necesse erat, vt maxime ppter  
hanc causam non credenter, q̄a veritatē dicebat eis, & id  
circo lucē tenebras vocarēt, q̄a lumēq̄ fundebat iniui-  
tis, sed impudēti cōtentione mendacium adstrincent, cit̄  
causa cadunt, q̄ nullius rationis habent patrocinium.

Circa tertium, quod est, ostensa perfidis non audiē-  
di causa, subditur in litera:

Qui ex deo est, herba dei audit. Propterea uos  
non auditis, quia ex deo non estis.

Noli attendere naturam, sed virtutem. Sūt isti ex deo, & nō  
sunt ex deo. Natura, ex deo, virtus, non ex deo. Eis autem  
hoc dictum est qui non solum peccato vitiōsi erant, nam  
hoc cōmune erat oībus, sed & præogniti, quod nō erant  
creditori ea fide q̄a possent à peccatorum obligatione li-  
berari. Qui ex deo est, inquit, verba dei audit.

Tanq̄ diceret: Quid aduersum me reflutatis, dicentes: Rup.  
Vnū patrē habemus deū. Ois q̄ ex deo ē hoc uidēti signo signum  
dīmōsc̄i, q̄a videlicet habet aures audiendi, & audit ver- Aug.  
ba dei. Vos autē nō auditis, sed sine auribus estis ad omne deo sūt.  
quod loquitur deus, & hoc palā omnibus est, ex eo maxi-  
mē, quod me quāritis int̄, sicere sicut paulo, superius vo-  
bis dixi. Qa sermo meus nō capit in vobis, q̄if ex deo non  
estis, & ppteris nō auditis. Quid deinde refiat, nisi sic ē,  
vt dixi, quia vos ex patre diabolo estis?

Vbi

Vbi diligentius considerandū est quid sit esse ex Deo,  
& idcirco verba dei audire; vel econtrā, ex deo non esse,  
& propterea non audiēre. Nulla plāne eset quāstio, si ita  
dicitū fuisset: Qui verba dei audit ex deo est, propterea  
vos ex deo non esitis, quia non auditis. Sed propterea, in-  
quit, vos non auditis, quia ex deo non esitis.

**D** Igitur quid sit ex deo esse vel non esse, & propterea  
**E**x Deo esse vel non esse, cum autoritate sacrae  
scripturæ querentes, Primo ad memoriam reuocemus  
cautam cur hęc dicitur sint. Dicta vtricq; sunt hęc propter ni-  
mis elatā ludiorū supbia, quia se solos ex deo esse præsu-  
mebant, quia videlicet secundū Isaac, quem ex deo Sara  
steriles & longeua, ex deo inquā am. i. per dei reprobatio-  
nem, & non per carnis acceptit c. insuetudinem, quomo-  
do Agar Ismaelem. Hoc scientes ludari se solos vt dictum  
est) ex deo esse præsumebant, folosq; se esse filios Abrahæ.

Aduersus huiusmodi æfimationem Veritas præsens,  
qui ex deo est, inquit, verba dei audit, propterea vos non  
auditis, quia ex deo non esitis. Quod est dicere: Qui non in  
illa multiplici superfluitate naturæ est, de qua deus post  
peccatum primi homini dixit ad Euā matrem cunctorū  
viuentium: multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptū tuos,  
sed ex illa benedictione, qua in paradiſo ante peccatum be-  
nedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini & replete  
terram, & subiicie eam, & dominamini pīctibus maris,  
& volatilibus cœli, & vniuersi animabitibus quæ mor-  
uentur super terram, hic verba dei audit.

**R**o. 8 Constat quippe q; omnes sancti & electi qui nunc per  
Christi gratiā vocantur, iustificantur, meritisq; diueris  
magnificant, oēs (iniquā) & si nō eadē prærogatiua meri-  
torū, eadē tñ pudicitia dei præogniti & prædistanti ge-  
nerantur, & oēs ex illa b̄ditione sunt, quia primos ho-  
mines ante p̄lūm (vt iam dictum est) benedixit deus.

Illiad quoq; certum est, q; nisi p̄lūm fuisset admisum,  
illi tantummodo nascerentur qui nunc per Xpi gratiam  
liberantur. Illi autē omnes qui nunc in perditionem re-  
linquuntur ex illa maledictione sunt, quia dicitū est ad mu-  
liorem, multiplicabo grumnas tuas & conceptus tuos, q; q  
nisi peccatum præcessisset (vt dictum est) nullatenus ista  
sylua (quæ ad nihil aliud est nisi vt excidatur & in ignē  
mittatur) de radice carnis nostræ succreuerit.

Igitur

Igitur qui est ex deo, inquit, id est, ex benedictione il-  
la, qua deus omnes ad vitam pertinentes nasci iussit, hic  
verba dei audit, i. præente gratiā dei alpiratione obau-  
dit, ad candem vitam quā intercipiente prævaricatione p̄-  
diderat, reuocanti. Et propterea vos nō auditis, quia non  
vtricq; vos putatis æquæ vt Isaac pater vester secundū carnē,  
ex illa benedictione, sed ex maledictione quā peccatum  
consequuta est, multipliciter & superflue pullulatis, re-  
stante propheta, quia de aquis Iuda exsifis, i. non ex fide Esa, 48  
patrum, sed ex sola carne traducti estis.

Itaque terrible est quod hic ore diuino dicitur: Qui ex  
deo est, verba dei audit, propterea vos non auditis, q; Greg.  
ex deo non esitis. Si enim verba dei audit qui ex deo est, An ex  
& audiēre verba dei non potest quisquis ex illo non est, deo si  
interroget se vnuquisque si verba dei in aure cordis per  
cipit, intelligit unde sit.

C. celestis paterni desiderare veritas iubet, carnis de-  
sideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena nō ap-  
petere, propria largiri. Pense ergo apud se quisq; illicat  
vox dei in cordis aure conculuit, & quia iam ex Deo sit  
cognoscit.

Nam sunt nonnulli qui præcepta dei nec aure corporo-  
ris percipie dignantur. Et sunt nonnulli qui hac quidē  
corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio cō-  
pletantur. Et sunt nonnulli qui libenter Verba dei susci-  
piunt, ita vt etiam in flentibus compungantur, sed post la-  
dhyram tempus ad iniquitatem redierūt. Hi profectō  
verba dei non audiēre, qui hac exercere in opere cōtem-  
nunt. Vitam ergo veſtram ante mentis oculos reuocate,  
& alta cōfideratione p̄tencite hoc quod ex ore veritatis  
sonat: Propterea vos nō auditis, quia ex deo non esitis.

Sanè qualis quicq; est, talia hunc delectat audiēre. Sed  
& que cuiq; conueniunt &c in commodum cedunt, his li-  
benter auditum accommodat. Verbi gratia: Libenter au-  
dit infirmis de medicina, peregrinus de patria, de nundi-  
nis mercator, amator quilibet de re amata.

Porrò verbi celestis auditio, necessaria est ad salutem  
peccantibus, penitentibus, & proficienibus.

Peccantibus, vt ad sui cognitionem illuminentur, com-  
punctione cordis emolliantur, terreantur salubriter, &  
conuertantur: vel minus saltē delectentur in peccatis.

Quæ q; q; p̄  
libenter au-  
dit,

Penitentibus autem, ut faciuntur in affectibus, conser-  
uentur à culpis, confirmantur in bono, & spiritualiter co-  
fidentur.

Proficiuntibus etiam necessaria est auditio verbi Dei,  
ut per illud dirigatur, ut dilectione sancta accendantur,  
**Opus ser.** Primum opus, & deinde sermo. Nullus enim sermo docto moni pugnis firmus est, nisi prius doces se factorem declaras. Poterit enim, igitur est primi in opere, deinde & verbi sollicitudinem habeo. Si enim & deus cooperabit tibi, prius enim opus, & deinde contemplatio ac illustratio. Nisi speculum purificaueris in labore & fudore, neutruq; cōcupisca pulchritudinem in speculo suscipes. Beati enim mundo corde, hos fit per opera, quia ipsi deum videbunt, hic contemplationis est finis.

**I.** Coram deo (inquit) & omni populo. Oportet esse potestem in opere & sermone, primum coram deo, & tunc coram omni populo. Prius enim placere debemus deo, dein de curandum quantum est possibile innocentia apud homines, ut præcedente diuina cultu vivamus sine scandalo ceterorum. Vnde per Apostolum dicitur: Prouidentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Patet igitur q; sincera dilectione discipuli isti christum amabant, quem adeo multipliciter & suadiebat, commendabant. Deinde passionem ipsius memorant, quæ totius eorum fuit causa tristitia, dicentes:

Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum

**Mortem** Quasi dicant: Ad iniucem cōserimus, quomodo summi Christi sacerdotes & primores nostræ gentis, qui tales ac tantu dolent, prophetam venerari debuerant, per iniudicium tradiderunt.

Pontio Pilato præsidit, & gentibus q; vita auctore morti tradidierunt, & nō q; licetq; morti, sed morti crucis, nā & crucifixerunt eam. Morte (inquit) turpissima cōdenemus Sap. 3, eum. Hinc est vox illa Pilati: Gés tua & p̄tifices tradidisse, runt te mihi. Subdit autem desperantius vox quam dicitur:

Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel.

Spera-

Sperabamus, inquit, eo viuente, quasi dicant, A modo desperamus, ac si mors domini similis esset mortibus Theoph, aliorum. Planè semetipsos arguant quod in ipsum spes Discipulū rassent. Sperabamus q; ipse & alios saluaturos esset, & ecclorū spes neque seipsum saluavit, ita parum nostra expectatio collapſa. ni respondebit. Et penè eadem dicebant quæ & in penden- tem dixerant Iudei blasphemantes: Alios saluos fecit, se- ipsum non potest saluum facere. Quid est autem redimi- Israel? Respondebat, quod Christum expectabant Iudei saluatorē & redemptorem a malis quæ eis impendebant, iugo scilicet servitutis Romanorum, sperabantq; cum re- gnaturum ut regem terrenum, & ideo dicunt: Nos spera- bamus quod ipse redempturus esset Israel, & ipse neque iniustam mortis sententiam contra se latam effugit. Vñ Beda: Merito tristes incedebant, quia & seipso quodam modo arguebant q; in illo redemptionem sperauerint, quem iam mortuam viderant, nec resurrecturum crede- bant. Et maximè dolebant eum sine culpa occisum, quia tollerant innocentem. Et cōsequenter addunt, dicentes:

Et nunc super hęc omnia, tertia dies est ho- die quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quæ dam ex nostris, terroruerunt nos, quæ ante lu- cem fuerunt ad monumentum, & non inuen- to corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse qui dicunt cum uiuere.

Recolerevidetur quod prædixerat tertia die se resur-  
eretur, quafidicat: Hodie deberet resurgere iuxta quod  
prædixerat. Promissam tamen tacere resurrectionem ca-  
uentib; ab eo cui loquebantur. Et merito dicunt mu-  
lieres terroruisse eos quorum mentibus plus de non inuen-  
to corpore dominico mestitiam qua dolebant addere,  
quān de nuntiata per angelos eius resurrectione gaudiū  
quo recrearentur indere potuerunt. Mulieres, inquit,  
quædam ex nostris, hoc est, de nostro confortio, quæ chri-  
sto fuerant familiare sicut & nos. Ita mulieres fuerunt  
Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome ut Marcus testatur.

Et non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se eti- am

Beda,

Mar. 16

Mat. 28

am visionem angelorum vidiisse. Vnde apud Mattheum:  
Exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, & venerant nuntiare discipulis. Et de visione angelorum, in praecedentibus dicitur: Ecce duo viri adficerunt fucus illas in ueste fulgenti, qui & dicebant: Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic, sed resurrexit. Ita que discipuli illi relatam à mulieribus resurrectionis famam dubia fide commemorant. Et quia hoc dicunt quasi non credentes, hinc se territos dicunt & stupefactos. Non enim quod eis relatum erat firmum astimabant, aut angelicam revelationem fuisse, sed stuporis & formidinis inde causa sumebant. Vbi Theophylactus.

L. Videntur viri illi in valde ambigua esse lentientia, & Discipuli neque valde discredere, neque recte credere. Nam dicentes: Sperabamus quod redempturus esset Israhel, incredulitate indicant, quod autem dicunt esse diem tertium, hominum est qui probè recordentur quod dixerat eis: Die tertia resurgam. Et quod exterruerunt nos, hoc signat, quod incredulitas eorum concutatur. Et omnino si considerentur, sermones humani sunt, & magna habent dubitationem, & hominum perplexorum & ignorantium quid agant propter miraculum resurrectionis. Et subdunt.

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenierunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenierunt.

10.20 Ipsi fuerunt Petrus & Ioannes, sicut apud Ioannem legitur: Exire ergo Petrus, & ille alius discipulus quem diligebat Iesus, & Venerant ad monumentum. Et ita inuenierunt sicut mulieres dixerunt, si monumentum apertum & vacuum, & linteamina posita, ipsum vero non inuenierunt, vnde factum est, ut existimarent corpus dominicum esse ablatum, iuxta quod & Maria dixerat: Tulerunt dominum meum de monumento, & nescio ubi posuerunt eum. Itaque testimonium Petri & Ioannis non certum astimabat dum diceret, non quidem vidisse se dum, sed resurrectionem eius concilere ex eo quod corpus in sepulchro non iacebat,



T ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Luca uscissimo quarto.

In hac euangelice lectionis parte de tribus funerest dicendum. Primum est, confirmandis in fidè vacillantibus scripturarum aperto. Secundum est, Christi ad hospitium per gratulantes invitatio, ibi: Et a propinquauerunt castello. Tertium est, Christi tandem cogniti repentina disparatio, ibi: Et factum est.

Circa primum duo sunt consideranda. Vnum est, ob tardam fidem discipulorum increpatio. Alterum, scripturarum per Christum facta discipulis interpretatio, ibi: Et incipiens à Moyne.

Circa primum dictum est: Et ipse dixit ad eos. Ad eos inquam in fidè diuinatus & resurrectionis sua va-

cillantes: O stulti & tardi corde ad credendum in omni-

bus quæ loquuti sunt prophetæ. De duobus eos reprehē-

dit videlicet de stultitia & tarditate ad credendum.

A De stultitia, quia nullam aliam quam temporalem sperauerant per Christum futuram redemptionem. Erat Discipuli nihilominus de stultitia redarguendi, qui putabant Chri- arguitur sum nec se nec alios posse salvare, quia sicut crucifixus, stultitiae. Denique ut stultos redarguit, quia scripturas quæ plenè continent mysterium passionis & resurrectionis domini non intellexerunt. Omnia enim quæ Christus vel fecit vel passus est, prænuntiata prophetarum sermonibus, vel typis fuere præfigurata. Vnde per Osee loquitur, dicens: Osee, 12. Ego vñilonum multiplicauī, & in manu prophetarum adsimilatus sum. Et quidem prophetarum visiones multipli- cavit, quia ab initio seculi vñisque ad Christum quid fieri possit vel patrum typis (ve iam dictum est) vel prophetarum vaticinis prænuntiare non desistit. Itaque multiplicata sunt visiones super numerum ut his vñi- ueris plena sit scriptura. Et in manibus operibus prophetarum & patrii adsimilatus fuit Christus. Verbi gra- Xpsvty  
tia, in immolatione Isaac, in venditione & principatu Io- pis præf- seph, & aliis figuris innumeris passio Christi & eius re- guratus, surrexatio fuit adsimilata.

Vnde

## Homilia altera.

Vnde in actibus Apostolorum per beatum Petrum dicitur: Deus qui pignuntiauit per os omnium prophetarum pati Christum suum implevit sic.

Secundo redarguit eos de tarditate ad credendum.

B Socordes enim & pigri fuerunt ad credendum ea que sancte mulieres a Christo ad eos nuntiandae resurrectionis tuis ut ars sua gratia destinatae tam auditam quām visa narrauerunt. Quin & tardi fuerant ad credendum his que ab ore ipsius Christi de sua morte & resurrectione non semel audierant. Denique nec his acquiescere poterant quā de Christo ex lege nouerant & prophetis.

C Et notanter ita: Tardi ad credendum in oībus quā locutus Theop. sunt prophetæ. Nā duobus modis cōtingit credere quā loquuntur sunt prophetæ, videlicet particulariter quādā, & nō vniuersaliter oīa, qđ ē ex parte credere, & credere i. totū.

Credere particulariter credit seu ex parte qui credit quā de Christi cruce dicuntur a prophetis, quale est illud: Foderunt manus meas & pedes meos, verū quā ad resurrectionem eius spectant non credunt, sicut ei illud: Non derelinques animam meam in inferno, nec das sanctū tuum viderē corruptionem. Et illud: Inter mortuos liber. Et illud: Eudicis vinc̄tos in fortitudine, & eos qui habitant in sepulchris. Tales non habent perfidiam fidem, sed credunt ex parte. Oportet autem in omnibus tam his quā gloria fuit quām quā ignominia de Christo credere prophetis. Oportebat enim & Christum pati, quod est ignominia, & intrare in gloriam suā, quod est honoris & glorie. Itaque postquam eos vt stultos & tardos ad credendum redarguit, exinde mos salubriter informat, dicens:

Nonne hac oportuit pati Christum, & ita in trare in gloriam suam?

Quasi dicat: Non putetis quādā ideo ipse non sit Christus quā passus est, quia sic oportuit fieri.

D Sed dicat aliquisi: Si oportebat Christum pati, quā modo peccata censentur qui cum occiderunt, quām in pensanda hoc dei voluntatem (vt videat) implere uerint? sed non satis. Ita tegebant perfidere quod deus disponebat. Vnde & eorum exequio fuit impia. Dei vero dispositio prudenter, qui nequitia corum in beneficia generis humani conuerit.

PASCHAE,

tit, quasi vtens vipecreis carnibus ad anthidoti salutiferi confectionem.

Sancte plures ob causas oportuit xpm pati, videlicet Passionis Primi ppter utilitatem suā, siquidē p̄missione mortis gloriam resurrectionis promeruit, iuxta quod apostolū dicit: se multæ Xps factus est pro nobis obediens usq; ad mortem, morte Phile, 2 autem crucis. Propter quod & deo exaltauit illum, & do nautit ei nomen quod est super omne nomen.

Secundo oportuit Christum pati, propter communē omnium salutem. Nam per mortem eius sumus deo reconciati, dicente Apostolo: Quoniam inimici essemus, reconciliatus sumus deo per mortem filii eius.

Tertio propter i. i. debitorum quantitatē, que tanta erant qđ nisi fanguine xpi solui non poterant. Vnde per B. Petrum dicitur: Scientes qđ non corruptilibus auctoribus vel argento redempti esis, sed pretioso fanguine quā agni immaculati Christi & incontaminati.

Quarto propter scripturarum quā hoī prænuntiauerunt impletionem. Non enim potest solui scriptura. Sed futura Christi innumeris scripturarē locis fuerant prædicta. Verbi gratia: Tanquam oīis ad occisionem ducetur.

Quinto propter imitationis exemplum, ut videlicet Esa. 53; propter dei gloriā fideles nec pati nec mori formident, E dicente Dominos: Nolite timere eos qui occidunt corpus, Mat. 10 & post hoc non habent amplius quid faciant. Et iterum: 10, 13 Exemplum, inquit, dedi vobis, vt quemadmodum ego fē via qua ci vobis, ita & vos faciat. Xpm fē.

Sexto oportuit Christum pati, vt qua via ad patriam peruenire possumus ostenderet, quia videlicet per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Ergo se metipso irrident qui sine tribulationum perpessione per vanam mundi huius gaudia & delicias atq; voluptates carnis in Christi gloriam putant intrare, quām ille non nisi per supplicium & ignominiam crucis in suam introierit. Vnde etiam hanc gloriam filii Zebdei petentibus passionis calix obtendunt dicente domino: Nec sitis quid per Mat. 20 patatis. Potefisi bibere calicem quem ego bibiturus sum? Nam plerosque delectat culmen honoris, quos nondum exercuit materia laboris. Caput nostrum CHRISTUM per tribulationum angustias colorem introire videmus, & nos membra eius alia nobis itinera somniamus?

Monstruosa res est si per unum foramen caput transtire  
videmus, per aliud corpus. Pudeat sub spinoso capite me  
bra fieri delicata.

Circa alterum, quod est scripturarum per Christum  
facta discipulis interpretatio, subditur:

Et incipies a Moysi & oibus prophetis interpreta  
batur illis in oibus scripturis qua de ipso erat.

F. Volens Christus informare discipulos & ostendere ea os  
mania que de ipso contigerant non fortuito, sed dispensa  
tione diuina prouidentia, fuisse praedestinata, scripturas  
carum rerum preuentias & oracula prophetarum addu  
cens interpretatur. Et incipies, inquit, a Moysi, a quo scri  
putra legis habet exordium, interpretabatur ea que de ipso  
erant. Vnde alio loco ad Iudas loquens, ait: Si cre  
deritis Moysi, credetis forsan & mihi. De me enim ille  
scriptis. Verbi gratia.

Lignum  
vitæ.  
Interpretabatur eis mysterium ligni vita in medio  
paradisi typum fuisse ligni crucis in quo Christus opera  
tus est salutem in medio terra.

Eua de la  
tere xpi.  
Productionem Eua de latere Adæ dormientis figura  
ram fuisse productionis ecclesiæ de Christo sonno mor  
tis in cruce sopito.

Fenestra  
area.  
Mysterium  
sacrificii  
Abrahæ.  
Serpens  
æneus.

Fenestram in dextro latere areae Noe qua genus hu  
manum sicut saluatum, præfigurans vulnus quo dextræ  
Christi latus in cruce lancea militis fuit apertum.

Mysterium sacrificii Abrahæ quando dimissio Isaac  
aries fuit immolatus, typū extitisse immolationis Christi super lignum crucis, ubi humanitas eius mortem per  
tulit sine vilo sua detrimento diuinitatis.

Serpentem ænæ sanandis mortiferis serpentinis mor  
ibus in palo sublimi eleuatorum, xpi exaltationem in cru  
ce saluandis a peccati veneno fidibus signis casasse.

G. Agnus  
schalis.  
Tetramor  
nia de  
Christo.  
Moyses  
Deut. 18.

Agnus saluandis a feruente Pharaonis filiis Israel,  
mandante deo immolatum, manifestum fuisse mortis  
Christi (vixque agni qui tollit peccata mundi) typum.  
Prophetarum etiam varicinia que de ipso erant dis  
cipulis admirantibus interpretabatur, verbi gratia illud  
Moyi: Propheta suscitabit vobis deus de fratribus vestris,  
ipsum sicut me audiatis. Omnis anima que non audierit  
verba prophetæ illius peribit de populo suo.

Rursus

Rurus Christum in cruce pendentem & Iudeam ge  
te oculostros, & non credes vitæ tua. i. xpo. Deu. 28

Item ea quæ propheta David de christi passione euā  
geliæzasse potius quam propheta se videtur adduxit: Fo. David  
deunt manu meas & pedes meos. Considerauerunt &  
inspexerunt me, duicereunt sibi vestimenta mea, & super  
velim meam miserit fortem. Et rursum: Et in siti mea,  
inquit, potauerunt me acero. Et apud Esaiam: Ipse vulne  
rat est propter delicta nostra, atritus est propter scle  
ra nostra. Sicut quis ad occasionem ducetur. Et illud: O Esaias  
blatus est, quia ipse voluit. Et rursum: Propter scelus po. Esfa. 53  
pulsi mei percussi eum.

Et unde apud Danihel: Post hebdomadas sexagin  
tadas occidetur christus, & non erit eius populus qui Daniel  
ei negaturus est. Quod quia Iudigi fecerunt, clamantes: Dan. 9  
Tolle tolle, crucifige eum. Non habemus regem nisi Cœ  
farem, exinde nequam ultra ipsius populus sunt.

Item apud Ieremiam: Spiritus oris nostri Christus H  
Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus in Ieremias,  
vmbra tua viuimus in gentibus. Haec igitur & his simili  
Xpo discipulis per viam familiariter interpretate quæ  
posset verbis consequi quanta illi adsciebantur dulcedesi  
ne, quanta vi amoris Christi incidebantur. Admiratio  
ne stupebat quisnam esset ille peregrinus qui tantæ sapi  
entiae verbis magistrum quem lugebant preceptu non  
lolum æquare, sed & superare videbatur. Sed vt dictum  
est oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent, alioquin  
sic loquentem audientes dicturi fuissent: Hic ipse est chri  
stus. Ergo non solum oculi eorum tenebantur ne ipsum  
cognoscerent, p. aspectum, sed etiam eorum aures non  
minus impeditabantur ne hunc agnoscerent p. auditum  
cuius vocis & verbis audiendi fuissent adscuti.

Circa secundum principale dicitur:

Et appropinquauerunt castello quo ibant,  
& ipse se finxit longius ire.

Hic ponitur christi ad hospitium p. gratulantes in uitatio  
vbi duo notantur. Vnum est, instruendi gratia christi di  
spensatio. Alterum est, christi ad hospitium p. discipulos  
coactio, ibi: Et coegerunt,

Circa primum dicitur: Et appropinquauerunt castello quo ibant, Christi sermonibus supra quam credi potest delectati non modo nullum vitæ tedium aut laborē sen ferunt, sed etiam citius quam optarent ad tēmeris sui mettam peruenient. Et ipse dispensatione sapientia sua finxit se longius ire, id est prætendit habitum longius ab unitis. Vbi est notandum (vt dicit Augustinus) non omne quod fingimus mendacium esse. Sed quando id fingimus quod nihil significat, utique mentimur. Qui autem fictio nostra refutatur ad aliquā significatiōnē, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Alioqui omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso domino figura tè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum vestrum intellectum non consistit veritas in talibus dictis. Sic autem dicta ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam.

I. Itaque eum discipuli supplices ad hospitium inuitarent, cur Xps finxit se velle longius ire. Voluit autem inuitari ut euīdem in uitiationis merito discipuli forent non indigni qui dñm cognoverent. Simile aliquid apud Marcum habet: Nam videns discipulos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & voletabat præterire eos, videlicet dispensatione sue sapientiae, nempe ut conturbari, sed cōtinuū liberandi plus suę liberationis suę pererit miraculū, & eceptorū pio maiores referret gratias.

Itaque dominus singens se longius ire nihil ipse quis est simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem se exhibuit discipulis in corpore, qualis apud illos erat in mente. Et quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fine, ire se longius finxit. Probandi autem erant: si hi qui cum & si needum ut deum diligenter, saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei à charitate non poterant hic cum quibus veritas gradiebatur, cum ad hospitium quasi peregrinum vocant.

Circa secundum, quod est Xpi ad hospitium per supplices coactio subditar.

Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum quoniam aduersperafit, & inclinata est iā dies. Et intravit cum illis.

Coegerunt inquit illum videlicet retinendo manibus, & supplicando verbis. Mane, inquit, nobiscum, quoniam et rationem allegant dicentes: Quoniam aduersperafit, et inclinata est iam dies, scilicet ad occasum. Ex hoc exemplo colligit Gregorius, ut quia peregrini ad hospitium non solum inuitandi sunt sed etiam trahendi. Hinc enim per Paulum dicitur, Chari Heb. 3, tas fraternalitatis mane at in vobis, & hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt, angelis hospitiū receptis. Hinc Petrus ait: Hospitalites in uicem fine 1. Pet. 4, murmuratio. Hinc ipsa veritas dicitur: Hospeſ fui & col Mat. 25, legitimis me. Exemplum refert Gregorius, dicens:

Quidam pater familiæ cum tota domo sua magno hospitalitatē studiō seruebat. Quicquid quotidie ad mensā suā peregrinos suscepit, quodā die peregrinus quidā inter alios aduenierat, ad mensam duces est. Dux pater familiæ ex huiusmodi cōfuerūdine aquā vellet in eius manibus fundere conuersus. Vircū accepit sed repente eū in ciuis manibus aquā sudore volebat nō inuenit. Quicquid factū hoc secum ipsi miraretur, eadē nocte ei dī per visionē dixit: Cæterū diebus in mēbris meis, hæsterno autē die me in menetipo suscepisti. Ecce in iudicium veniens, dī ce: Quod vni ex munimis meis fecisti, mihi fecisti.

Cæterū quoniam & dies huius nostræ mortalis vi K te ad mortem festinans vergit in Vesperam, affidis & Vita nobis dominus exorandus est precibus, vt & ipsi dicant? Siria ut ad Mane nobiscum Domine, quoniam aduersperafit. Quin uespera & mundus iste in maligno positus errorum tenebris & scit. vanitatis quasi in eternam verges noctem quodam modo aduersperafit, & quasi diurni solis feruor tepefit quandoquidem (vt cernerē est) abundat iniquitas, & re frigescit charitas multorum.

Et intravit, inquit, cum illis, nempe ut exorabilis, & benignus.

Proinde horum exemplo discipulorum fidelis, quis Christus que propinqua sibi morte, & ipse christum suppliciter ut tenet, deprecetur & dicat: Mane nobiscum domine, quoniam ad uesperafit, inuitat ad se christum, suscipiat eū in domum suā in hospitium cordis sui, cōpletatur eū quasi quibus Cant. 3, dam fidei suę brachis, ac si dicat: Tenui cum nec dimis Gen. 2, tam. Dicat ei, Non dimittam te nisi benedixeris mihi. sic nō ipse vult teneri, sic se præceptet exorari. Ipsi est liberum

E E 3 gnum

Greg.

**Luc. 19.** *gnum virū his qui ap̄ p̄fēderint eum & qui tenuerit  
eum beatus ita vi & de illo dicit possit: Hodie huic do-  
mui saluſ facta est.*

Circa tertium principale dicitur:  
Et factum est dū recubaret cū eis accepit pā-  
nem, & benedixit ac fregit, & porrigebat il-  
lis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoue-  
runt eum.

**L** Hic ponitur Christi tādem cogniti repentina dispa-  
ritio. Vbi tria sunt notanda. Primum est, Infractione pa-  
nis christi recognitio. Secundū est, christi cognitio repentina di-  
stiariorū, ibi: Et ipse euaniuit. Tertium est, Letra nuntiantiū  
& festina regressio, ibi: Et surgentes eadem hora.

Circa primum dicitur. Et factum est dum recumbe-  
ret cum eis. Ergo ad corum in uitationem & coactionem  
benignè cum eis hospitum intrat. Illi mensam alares  
ponunt, & cibos offerunt, cipientes eum corporali cibo  
reficere, à quo iam fuerant ipsi spirituali cibo refecti. Ip-  
se autem (vt sibi mons erat) accepit panem & benedixit  
ac fregit, & porrigebat illis, tanquam dispensator & ma-  
tuer. In mensa. Confusuerat enim suis ministrare discipulis  
**Christi** **5** **Lu. 24.** sicut in euangelio loquitur dicens: Ego in medio vestrum  
sum, sicut qui ministriatur.

Leditur panem in manibus accepisse, benedixisse, fre-  
git, & distribuisse. Primo in quinque panum multiplicati-  
onē. Secundo in septem panum distributione. Ter-  
tio in sui corporis consacratione. Quarto præsenti loco in  
discipulorum illuminatione.

**Chrys.** Et aperti sunt, inquit, oculi eorum, quod non de ocu-  
lis carnis accipendum est, sed sensu mentali. Vnde Augu-  
stinus: Neque enim clausis oculis ambulabant, sed me-  
rat aliquid quo non finerentur agnoscere quod vide-  
bant, quod felicit & caligo & aliquis humor efficeret so-  
let. Non quia Dominus non poterat transformare car-  
num suum vt alia reuera esset effigies quam solebat inue-  
ri, quandoquidem & ante passionem suam transformat  
est in monte vt facies eius claresceret sicut sol. Sed non  
ita nunc factum est. Non enim incongruenter accipimus hoc

hoc impedimentum in oculis eorum à satyra fuisse, ne  
agnosceretur Iesus. Sed tantum à christo (propter corā  
fidem ambugiam) facta est permissio vīcī pānis (ad sacramē-  
tū pānis vītū) cui poris eius participat remoueri intel-  
ligatur impedimentum inimici, vt christus posset agno-  
sci. Confutat Theophylactus, dicens: innuit & sumenti-  
bus sacrum pānem aperiuntur oculi vt eum agnoscerent  
Magnam enim & ineffabilē vim habet dominī catō.

At vero inter haec illud præter eundum non est, quia M  
discipuli isti, deum quem in sacre scriptura expositione Gregorii  
non cognoverant, in pānis fractione cognoscunt. Audient Operādo  
ergo precepta dei illuminati non sunt, faciendo, illū bona illu-  
minati sunt, quia a scriptura est: Non auditores legis iusti minarum  
sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Quis? Rom. 2,  
quis igitur auditus vult intelligere festinet ea quae in eis  
gere potuit opere implere. Ecce dominus non est cogni-  
tus dū loqueretur, & dignatus est cognoscendū pascitur.

Sanctus hospitalis officio ad dei cognitionē peruenire Au. de q.  
possessores intuimus, vt quā longius ipse ab hominē euān-  
tibus ab ceteris super omnes cœlos, cum eis tamen sit q.  
hac exhibent seruus eius. Tēnē ergo christum non longius  
ab eo eat, quisquis cathezizatur vebo qui in omnibus  
bonis ei qui se cathezizat, communicat, et isti quādēcā ca-  
thizari erant verbo quām eis dominus exponeret scri-  
putas. Et quā hospitalitatem fecit sunt, eū quem in ip-  
sa expositione scripturarum non cognoverunt, in pānis  
fractione cognoscunt.

Porrō mox alter non modo verba hæc sed & verborū  
istorum orde notandum est: Accepit panem, benedixit, fre-  
git, & porrigebat discipulis. Hoc exemplum christi fideli-  
s predictor studeat imitari. Pānis enim est vicibum dei Hic dicit  
Primum igitur panem hunc p̄fēdator accipiat tā p̄fēdator.  
addiscit, q̄ faciendo, iuxta illud Sapientis: Antequām Eccles. 18,  
loquaris dīce. Secundo ore, & orare faciat, vt prædica-  
tio sua in iis qui audiunt eū cacerit operetur, & vt ei ser Co 4,  
mo detur in aperitione oris. Tertio fragat, id est minimū  
exponat, ita vt etiam parvuli, id est, rudes & simplices  
possint intelligere ad imitationem illius, qui ait: Tanqā 1. Cor. 3,  
parvulus in christo lac potū dedū vobis nō escam. Alioqñ  
illud plangens etiamnum verificabitur: Parvuli petie Tre. 4,  
runt pānē & non erat qui frangeret eis.

Quarto, post praemissa verbi coelestis panē porrigitat pīs auditoribus tanquā clarentibus, prædicando. Si iam hoc schema dei verbur: (vtiq; panis animarū) fidelibus præ dicando porrigeretur, forsan etiam eorum oculi quibus Christum cognoscerent aperirentur.

Circa secundum, quod est, Christi recogniti repentina dispartio, subditur:

Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad iuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperire nobis scripturas?

N Querat alius & dicat: Quare xps iam discipulis istis cognitus, mox ab eorum aspectu euauit, quos vtpoē amicos, ipsum & amantes & desiderantes sua corporali presentia conueniebat consolari? Sed ita fieri oportebat ut di spareret. Primum, vt animos eorum sui desiderio amplius cognitus intenderet. Rursus, ne sua praesentia erroris occasionem discipulis adferret, & putarent eum etiam post refutacionem à mortuis tale corpus habere quale prius habuerat. Denicū, subtrahit curum oculis species infirmitatis, vt mentibus incipiatur apparere gloria resurrectionis. Quin etiam mores instruuntur postquam beneficium à se & fractu panem illis porrexerat euauit, vt tu cum bene feceris laudes hominum non requiras. Vnde ipse in Euā gelio præmonet, dicens: Attende ne iusticiam vestram facias coram hominibus ut videantini ab eis.

Mat. 6. Discipuli Ee dixerunt ad iuicem, vtiq; nimia rei admiratione stupentes & arguentes semetiplos, quia cum quem tanto pera desiderauerant, nec in comitatu viae, nec in verbis, nec in mensa prius cognouissent.

Nōne cor nostrum ardens erat in nobis? acsi dicant Quare aspectus eius non cognovimus, quorū in verbis suis non aduertimus ipsum esse de quo per viam loquimur? Quare eum non apprecepimus & tenuimus quem desiderabamus? preferimus quoniam totum cor nostrū ipsius amore incenderet, & ex parte videre nobis quod est ipse, dū loqueretur in via adeo familiariter, dulciter, amabiliter, sublimiter, & sapienter, & aperiret nobis scripturas?

Accedebant sanè prolata saluatorē sermones ardore O mirabilis ac ineffabili mentes auditorum, sicut ipse per Virtus Ieremiam perhibet, dicens: Nunguid non verba mea sūt verborū quasi ignis, & quasi malleus cōterens petras! Ignem in Christi, quidem vētmittere in terra, & quid volo nisi vt ardeat! Luc. 12. Ignem quippe dominus in terra misit, quoniam adfatu spi rituflanci cor carnalium incēdit. Et terra ardet, quā cor carnalium ī suis prius voluptatibus frigidū relinquit cōcupiscentias praesentis seculi, & incenditur ad amorem dei. Vnde Gregorius:

Exaudiō q̄ppe sermone in ardescit anim⁹, torporis frigus recedit, tē mens superno desiderio anxia, audire libet precepta celestia, & quod mādatis instruitur, quā si tot focus inflammatur. Hinc per Psal. de verbi coelestis effacia dicitur: Emittite verbum suum & liquefaciet ea, nimirum torpientia arcis gelida corda. Vnde rursus per eūdem de quadam dicitur: Eloquium domini inflammatum eum. Et iterum: Ignum eloquium tuum vehementer. Hoc ignes nos Christe Iesu semper accende, ve & ipsi de te cor ardēt habeamus in via, vt hoc tuo igne inter ignes & cōcupiscentias huius seculi qui zabilū flatibus excitantur, muniti, quasi inter Babylonici fornaci incendia deo prælente nobiscum, illæsi, hymnum laudis deo iugiter & ipsi decantemus.

Dicunt ergo: Nōne cor nostrum ardens erat in nobis? siquidem vt dicit Theophilactus, Christo differente scripias, percellebatur intrinsecus cor eorum, quid ille q̄ disserbat dominus esset. Verba enim xp̄i intrabant per aures vtpq; in cor eorum, & innuebant quid ip̄s qui loquebatur esset Christus, & licet ardenter desiderio, non tam interrogare eum audebant, aut tangere.

Circa tertium, quod est, lata nuntiantum festina regressio, subditur:

E surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenierunt cōgregatos undecim, & eos qui cum ip̄s erant, dicentes q̄ surrexit dominus uerē, & apparuit Simoni.

Surrexerunt quidem eadem hora peruenierunt autē post plures horas sicut oportebat sexaginta stadia transacte.

Non

Non ergo iam spiritualiter & ineffabiliter alloquio sp̄i refecti corporalis cena curæ fuit, nec tardat eos vel im-  
cena fe-  
minæ vespere, vel via longa, vel ipsa propter quā ve-  
stini re-  
nerat in castellum caufa, quo minus sine mora lata fra-  
deunt. tribus nuntiatur in Ierusalem reuerterentur, quasi & ipsi illud dicerent: Hęc dies boni nuntij est, si tacuerimus &  
4. Reg. 7 noluerimus nuntiare vñsc manę scleris arguenur.

Et inuenierunt congregatos vndecim Apostolos in  
cenaculo, vbi cum illis ante mortem suam Christus ce-  
nauerat, & eos qui cū iphis erant, alos scilicet viros fide-  
les discipulos domini & mulieres sanctas, iter quas Vero  
simile est etiam ipsam Christi matrem adfuisse, dicentes  
nimisimum cum ingēti gaudio, quod surrexit dominus ve-  
rē, non ficti, non fantasti, non tantum appareret, sed  
verē, eodem in corpore quo fuerat crucifixus, ipsa eadem  
quam morte posuerat anima resumpta.

Beda. Et apparuit (inquit) Simoni. Omnia ergo viroꝝ  
Viroꝝ primō dñs apparuisse intelligitur Petro, ex his duntaxat  
primus omnibus quos euangelista quatuor & Paulus Aposto-  
Petrus vñs cōmemorat. Vnde ad Corinthios loquitur, dicens de  
det. dñs: sepultus est, & resurrexit tercia die secundū scriptu-  
r. Cor. 15 ras, & quia apparuit Cepha, & postea vndecim. Primum  
ergo illi apparuit, qui primus ipsum esse Christum filium  
de viui fuerat ante confessus, sed & primo ei apparuit,  
ne propter negationis culpam desperaret, non vñcra cre-  
diturus discipulum Christi se esse quem ipse negaserat.

Ergo quōd dominus Petru apparuit, vel huius loci  
authoritate probatur, de modo autem huius apparitionis  
aut loco, nihil habetur. Verisimiliter tamē creditur chri-  
stum ei apparuisse postq; à mulieribus audiuit dominum  
resurrexisse & vivere, & cucurrit ad monumentum, vt  
Lucas testatur.

Cur nō si Ceterum (vt dicit Chry.) non simili omnibus se mani-  
mūl oīb⁹ festiuit Christus, vt severet fidei semina. Nam qui primo  
apparet, videbat, & certus erat, aliis referebat. Deinde fermo pro  
diens, præparabat animum auditoris visioni. Et ideo pri-  
mum digniori omnibus Petru apparuit. Post Petru vero  
aliis apparuit, quandoq; paucioribus quandoq; plurimis,  
quod hi duo discipuli confitentur. Sequitur enim:

Et ipsi narrabant que gesta erant in uia, &  
quo-

quomodo cognouerunt eum in fractione  
panis.

Apostolis cum ingenti gaudio adserentib⁹ quā surrexit  
dominus verē & apparuit. Simoni, vicesim illis bi duo  
discipuli narrauerunt xpi apparitionem sibi factam in  
via, quia videlicet loquenteribus ipfis de his omnibus quae  
acciderant, ipse Iesus adpropinquans iuerat cum illis tri-  
fittia ipsorum causam interrogans, & quemadmodum  
ipfis causam hanc referentibus, arguerat stultitiam & tar-  
ditatem cordis eorum ad credendum ea quae de xp̄o per  
prophetas olim fuerāt prēnuntiata, & scripturas legi &  
prophetarum quae de ipso erant, illis fuerat interpretat⁹  
& quomodo adpropinquantibus castello quo ibant, ipse  
fixus se longius ire, & ipsi eum multis precibus inuitan-  
tes coegerant secum manere, & quemadmodum panē ac  
cepit, benedixit, fregit & ipfis porrexit, & quomodo tā-  
dem cognoverunt eum in fractione panis. Vbi Beda:

Certi (inquit) mysteriis causa factum est ut cum disci-  
pulis non nisi in fractione panis cognoscerent, videlicet, Cur nisi  
pulni non nisi in fractione panis cognoscerent, videlicet, in fractio-  
ne ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si ei⁹ cor  
in poris participes non est, id est, ecclesia, cuius vnitatem ne panis  
sacramento panis commendat Apostolus, dicens: Vnus nō cognoscit.  
panis & vnum corpus multi sumus, x. Cor. 10

## FERIA TERTIA PASCHAE.

Vn hæc loquuntur, stetit Iesus in medio  
deorum. Luc. xxiii.

Præsens sancti euangelij lectio refert Christum  
à morte iam rediuuū, circa discipulos tria fecisse. Nam  
primo de se loquentibus præsentiam suam exhibuit. Se-  
condo, resurrectionis suę argumenta dubitatis inger-  
git. Ibi: Et dixit eis: Pax vobis. Tertio, scripturari intelli-  
gentiam ignorantibus aperuit. Ibi: Tunc aperuit.

Circa primum tria notantur. Primum est, miranda  
Christi ad inclusos ingressio. Secundum est, discipulis pa-  
tentibus pacis adiunctio. Ibi: Et dicit: Pax vobis. Ter-  
tium est, paucientium error & conturbatio, Ibi: Contur-  
bati verō.

Circa primum dicitur: Dum hæc autem loquuntur. A  
præmisserat Euangelista, quemadmodum duo ex discipu-  
lis do-

Ils domini quibus ipse apparuerat in via, regressi a castello Emmaus, inuenierunt cōgregarios unde, in (nēpe Apo-

Apparit & fratos) & eos qui cū ipsis erant, dicentes, & surrexit dominus ihu huiusmodi tempus. rēntur venit Iesus, & stetit in medio eorum. Dixerat enim, Mat. 18, vbi cunḡ duo vel tres forent congregati in nomine suo, se illis iterfuturum. Et est notandum q̄ hanc dñi appari-

tionem intelligit & Ioannes cōmemorare, dicens: Quum Ioan. 20, esset serō die illo vna sabbatorum, & fores effēt clausae vbi erant discipuli cōgregati ppter metum Iudeorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

**Difficilis.** Quod autem dicit Ioannes non cum illis tunc fuisse soluit Apostolum Thomam, quum secundum hunc Euangelistam illi duo iam memorati discipuli regressi ierusalem inuenierunt congregatos vnde cim, proculdubio intelli- gendum est, quodā inde Thomas exierit antequā eis domi- nus hæc loquentibus apparet.

**Beda.** Itaq̄ gloriā sua resurrectionis dominus & reden- ptor uostre paulatim discipulis per incrementum tēpo- ris ostendit, quia nimurum tanta erat virtus miraculi, ut & xpi hanc repente totam capere fragili mortalium pectora paulatim non possent. Consulens igitur ipse imbecillitatē i querēt aperitur, tūm: prīmo, ventientibus ad monumētū feminis suo amore feruentibus, & viris, reuolutum lapidem, & abla- to suo corpore linteamina quibus inuoluntur fuerat, sola posita per angelos monstrauit. Deinde curiosius quæ- rentibus feminis, & de eo quod inuenierant mente con- sternatis, angelorum visionem ostendit, qui illum resur- rescisse certa manifestatione patefacterent, ac si præturre- te fama patratæ resurrectionis, tandem ipse apparens, quanta potentiā mortem quam ad horam gustauerat de- uicisset, aperuit.

**B.** Et quidem quantum ex euangelicā serī lectiōis in- venimus, quinque ipsa qua resurrexit die, visus est ho- ma die minibus. Primo, Marię magdalē ad monumentū quan- qui quis de ei desiderat pedes eius amplecti, dictum est: Noli me visus, tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Deinde Ioan. 20, duobus à monumento currentibus nuntiare discipulis, quæ ab angelis de peracta eius resurrectione didicerat; Mat. 28, de quibus scriptum est, quia accesserunt, & tenuerunt pe- des eius, & adorauerunt eum.

Appa-

Apparuit enim ipso die duobus (vt iam dictū est) discipu- lis euntibus in castellū Emmaus, qui eum ad hospitiū vo- cantes in panis fractione cognouerunt. Apparuit & Pe- Lu. 24 tro, quod & si euangelista quando vel vbi factū sit mini- mè designauerit, tamen quia factū sit Lucas non tacet. Ac deinde subiungit quintam eius apparitionem qua p- senti lectione est comprehensa. Vbi de se loquentibus fere- prelēgentem manifeste dignatus est.

Ad confirmandam nanc̄ fidei nostre veritatem, quod Beda, semper agit praesentia sua diuinæ pietatis, aliquādo etiā praesentia voluit corporalis ostendere visionis. Nā & de xpm ad nobis quamvis procul infra pedes apostolorū iacentibus, esse suis, hoc ipsum etius miseri, ordī fieri confidere debemus, ipm videlicet esse in medio nostrī quotiescumq; conuenientes in nomine illius congregamur. Nomen quippe illius est Iesus, Saluator. Et quoniam de acquisitione perpetuae sa- lutis loquitor conuenimus, constat quodā in nomine Iesu congregamur. Nec dubitate fas est de his quæ ipse a- mat conferentibus cum nobis esse praesentem; & vtique tanto verius, quanto ea quæ ore proferimus perfectioni corde retinemus.

Circa secundum, quod est, discipulis paucitibus pacis adiunctorio, subditur:

Et dicit: Pax uobis.

Vbi notandum quia dominus in medio discipulorū stā, Beda, solito pacis adfatu corū turbinem fedat, ostendens q̄ ipse id est magister eorum q̄ hoc verbo gaudebat, quo etiā cos munifit, quum eos ad prædicandū misit. Itaq̄ appa- ens salvator discipulis, pacis eis statī gaudia mādar, idij sum iam immortalis iterans, quod ad passionem mortis itur, quasi pignus eis speciale salutis ac vita cōmendauerat di- tens: Pacem relinquo vobis, pacē meam do vobis. Cuius 10. 14 gratiam inuenitis ea quoq; nato vīsi mox pastorib; ange C li p̄ predicabant laudantes deum & dicentes: Gloria in ex Vt pacē celis deo, & in terra pax hoībus bene voluntatis. Quia xps nun- nimur tota redemptio is nostri in carne dispensatio, tiat. mundi est reconciliatio. Ad hoc quippe incarnat⁹, ad hoc pafus, ad hoc refuscitatus est à mortuis, vt nos qui peccā- di i am dei incidiimus, ipse reconciliando ad dei pacem reduceret. Vnde & rectē à propheta pater futuri seculi, Esa. 9 princeps pacis nominatur.

Facta

Decacta est autem per ipsum pax dei ad hominem. Vni  
 Pax cum de apostolus de eo scribens his qui ex g<sup>ra</sup>tib<sup>is</sup> crediderat,  
 ait: Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fui-  
 sis, & pacem his qui p<sup>re</sup>c<sup>on</sup>quiam per ipsum habemus ac-  
 c<sup>ess</sup>um an<sup>b</sup>o in vno spu ad patrem. Et rursum alibi:  
 Et pacem igitur ex fide pacem habeamus ad deum. Sed nō  
 est pacem impensis dicit dominus. Verum, pax multa diligen-  
 tibus legem tuam, & non est illis scandalum.  
**Pax cum homine.** Fa<sup>c</sup>ta est etiā p<sup>er</sup> ipsum pax hominis ad hominem, nempe  
 Iudiciū ad gentiles & e<sup>n</sup>conuerto, sublatu quod interstebat  
 pacis impedimento. i. lege & cū cūcione à parte Iudeo-  
 rum, & idolatria ex parte gentium. Ad hanc pacem non hortat  
 ap<sup>osto</sup>los dicens: Si fieri pōt quod ex vobis est cū omnibus  
 hominibus pacē habentes. Et beati dicit: Si fieri pōt, propter  
 illa pacē vtig<sup>re</sup> pacē malā de qua voce salvatoris dicitur:  
 Non veni pacē mittere, sed gladiū. Nō em fas est cum his  
 quod oderunt dīm pacis se<sup>de</sup>ra iūgere. Reprehēsus etim fuit  
 in sermone dīm rex Iosaphat, alioquo bonus, dicente ad eū  
 viro deum: Cum his qui oderunt dominum amicitia iunge-  
 ris, & idcirco iram quidem domini merebaris. Quum au-  
 tem dicit: Quod ex vobis est, simile est ei quod alibi dicit:  
 Nemini dantes villam offendissem.

Vnde Gregorius Nissenus: pudeat ergo nos pacis mu-  
 nus deserere quam nobis hinc difendens Xps reliquit.  
 Pax, & res & nomē dulce, quā & dei esse accepim<sup>us</sup>, iuxta illud: Deus pacis,  
 ipsam esse deum, iuxta illud: Ipse est pax nostra. Pax ho-  
 rum cōmendatū ab omnibus, obseruatū autem à paucis.  
 Quae autem est causa? Fortassis ambitio dominii, aut fa-  
 cultati, aut liuor, aut contemptus, aut aliquis huiusmodi  
 ex his quae de ignaros vidēmus incurre. Dei quippe p<sup>er</sup>  
 cipua pax est quē cōfēd erat oia, cuius nihil est adeo p<sup>er</sup>  
 prium sicut vnitatis nature & pacificus statutus. Trāsumis  
 vero ab agēlis & diutius potestatis, que ad deū & ad in-  
 uitē pacificē se habet. Diffundit vero p<sup>er</sup> totā creaturā, cu-  
 ius est decor tranquillitas. In nobis aut manet secundum  
 animā quod pro investigationē virtutē & cūcitionē. Se-  
 cundū corpus vero, in mēbrorū & elementorū commen-  
 ratō, quorū alterū pulchritudo, alterū sanitas appellat.  
**Pax cum semetipso ipsum,** de qua per Psalmus dicitur: Loquetur dñs pa-  
 cem

cem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui  
 conuertuntur ad cor. Vide dominicā in albis.

Est propter & pax quādā hōis ad sc̄psum mala, de qua E  
 per Psal. dicit: Zelaiū sup*er* iniquos pacē peccatorū videntis Pax intē  
 quia non est respectus morti eorū, & firmamentū in plaga rior mala  
 eorū (subaudis) non est, in labore homini non sunt, & ce-  
 tera que sequuntur. Sequitur. Ideo tenuit eos superbia, oper-  
 ti sunt iniustitiae & impietate sua. Cogitauerū & loqua-  
 ti sunt nequitiam, iniustitatem in excelsō loquuntur. Lu. 19  
 Audient qui eiūmodi sunt dñm dicentem: Et quidem in  
 hac die tua, quæ ad pacē tibi. Nunc autem abscondita sūt  
 ab oculis tuis (subaudis) superuentura tibi mala.

Porrō quoad eam pacē quæ nobis à deo & commen-  
 datū & præcipitur obseruanda cū proximo, notandum est  
 hanc tu barī. Primo, propter scelerum licentiam & impu-  
 nitatē. Non seruit est opus iustitiae pax, ite & iustitiae oper  
 discordia est. Porro quod nō cito, profertur contra impios sen-  
 tentia, filii hominum absque vilo timore propetrant mala.

Secundo perit pax propter diutiarū abundantiam, iu-  
 xta quod scriptū est: Fa<sup>c</sup>ta est rixa inter pastores gregū  
 Abrāha & Loth. Vbi & dicitur: Nō poterat eos cape ter-  
 ra, ut habitarent simul. Erat quoper substantia corū mul-  
 ta & nequibant habitare communiter.

Tertio perit pax, & mutuis inimicitias inter se decer-  
 tant hōes, quia bella salutaria nō gerunt aduersum dēmo-  
 nes & peccata. Cōpertū est, canes mutuū morib<sup>us</sup> conris-  
 xātes, vlo lupo, propter cōm hōstē abigendū, mox iūcē  
 placari. Ait quod ē Cū vittis bellū, cū hōib<sup>us</sup> pacē habeto.

Quarto perit pax inter homines, quia dei mandatis  
 homines non acquiescunt. Vnde per prophetam dicitur:  
 Quid est israel quod in terra inimicorum es? Et subdit: Si Baruch, 3  
 in via dei ambulasses, habitacles vtig<sup>re</sup> in pace super ter-  
 ram. Nam (vt alio loco scriptū est) quum placuerint vige Pro. 16  
 homini deo, inimicos quoque eius conuerteret ad pacem. Et Pacis ad-  
 g<sup>ra</sup> alius ad hanc pacis impedimenta quod inimicus pacis dia- uersarius  
 bolus mortales sollicitat<sup>ur</sup> in Apocalypsi scriptū est: Quum diabolus  
 aperiret sigillū secundū exiūt equus rufus, & qui sede Apoc. 6  
 bat sup eū, datū ē ei ut sumeret pacē de terra, & inuenit  
 se interficeret hōes, & datus est ei gladius magnus.

Sed ad literam redendo, pace denuntiata, quid sub-  
 iungat attende. Sequitur enim:

Ego

Pacis ipē  
 dimenta.  
 Esa. 32  
 Ecl. 8

Ge. 12

Ego sum, nolite timere.

- Exo. 3** Quasi dicat: Ego sum, qui sum. Ego sum Alpha & Omega, prius etipum & finis. Ego sum dominus, & absque me non est salvator. Non supicemini quod alius ego sum qui resurrexi a mortuis, ab eo qui peperit in ligno crucis. Nolite ergo timere de eius presentia quem debetis amare. Nam timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mitit timorem.
- Apoc. 21**
- Esa. 43**
- 1. Joh. 4**

Sane per hoc quod discipulis apparet & pacem nutrit & securos esse iubens tollit eis timorem, satius probat se non esse (quod quidam coram supicabantur) spiritum malum, a quo prorsus verus est: horum alienum est. Ipsius enim est & pacem perturbare, & paucentes amplius terrere.

Circa tertium, quod est, paucentium terror & conturbatione, subditur:

Conturbati uero & conterriti, existimabant se spiritum uidere.

- G. Beda.** Quod haereticus Manichei de Christo suspicantur & credunt, quod non erat vera caro sed spiritus erat, huc prima cogitatione surrexit in cordibus Apostolorum. Et illi qui dem Manichaei nunquam credunt lesum fuisse hominem. Discipuli autem nouerant eum verum fuisse hominem, cum quo tanto tempore fuerant conuersari. Sed postea quod mortuus est quod nouerant, quoniam credenter hoc potuisse resuscitari quod potuit mori? Apparuit ergo oculis eorum talis, qualitem illum nouerant. Et non credentes tertio die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere, putaverunt se spiritum videre. Agnoscabant quidam dñm esse qui apparuit, sed putabant quia non in corporis cum sed in spiritu sui substantia viderentur, i.e. quia non corpus sive quod defunctum & sepultum nouerant, iam resuscitatum a morte considererent, sed spiritum potius quod relictum corpore in manus patris comedauerat, pre oculis haberent. Simile aliqd apud

- Mar. 14** Matthaei legi, vbi scriptum est: Videte eum discipuli super mare ambulante, turbati sunt dicentes: Quia phantasma est. Similis error inuasit illos de quibus in Actibus scriptum est: Currens puella nuntiavit Petrum stare ad ostium. At illi dixerunt ad illam: Infans. At illa magis affirmabat sic habere. Illi autem dixerunt: Angelus eius est. Credebat sane Petrus & Iohannes & discipuli illi qui
- A. Ct. 12**

bus

bus apparuerat euntibus in Emmaus, verum alii nondam credebant, unde Ambrosius:

Adducti virtuti exemplis credimus Petru & Iohannem non potuisse dubitare. Quoniam ergo Lucas inducit fuisse turbato: Primo omniu, quia paucorum opinionem sententia maiori's partis includit. Deinde, quia est Petri de resurrectione crediderat, tu bari tamen potuit & se dñs cum corpore vestibili obseratis improbus infundere.

Circa secundum principale dicitur:

Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra?

Hic describit Euangelista quemadmodum suæ resurrectio <sup>H</sup> his argumentis xps discipulis ostendit. Vbi tria sunt consideranda. Primum est, opinionis errorum in discipulis redargutio. Secundum est, veritatis suæ carni multiplex ostensio, ibi: Vident manus meas & pedes. Tertium est, eorum quæ prædicterat rememoratio, ibi: Et dixit ad eos.

Circa primum dicitur: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra?

Quia p. Verbum pacis non est sedatus turbo in animo discipuloru aliunde indicat eis se filium dei esse qui mentis cognoscet arcana, nepe turbationem cordis eorum & cogitationes. Et cogitationes, inquit, ascendunt in corda uestra. Qualis vtq; cogitationes, nisi falsæ, morbiæ, perniciæ? Perdidiſſet enim xp̄i fructum passionis, si non est veritas resurrectionis. Ac si bonus agricultor diceret: Quod ibi plantau, inueniam. Non spinas quas non plantau. In cor uestrum descendat fides, quia desuper est. Cogitationes autem istæ non desuper descenderunt, sed in ipso corde sicut herba male ascenderunt. Hoc igitur evidenterissimum fuit signum quod non est alius qui uidetur, sed ille idem quem viderant in ligno mortuum & positum in sepulchro, quem (sicut nec ante mortem) non latebat aliquid eorum quæ erant in homine.

Et bene ait: Et cogitationes ascendunt in corda uestra. Cogitationes bonæ a Deo descendunt in corda no- onum dia- stra, quia modo senes bonum desuper in terrâ iacit, iu- uerſatias. illud: Omne datu optimu & omne donum perfectum lacu- desuper est descendens à patre luminum. Porro cogita- tiones errorum & falsæ, non desuper iacintur, nec desen- bus

EE dunt

Theop.

Beda;

Ciril.

dunt in eorū sed à corde ascendunt velut herbe male. Hinc  
Mat. 15 saluator in euangelio loquitur, dicens: De corde exēnt  
cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes,  
furia, falsa testimonia, blasphemia. Hæc sunt quæ coinq-  
uitant hominem.

Circa secundum, quod est, veritatis suæ carnis multi-  
plex ostensio, sequitur:

Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.

I Inter ceteras Christianæ fidei veritates maioris difficultatis ad credendum fuit veritas resurrectionis ex mortuis, nō modo apud gēiles & mūdi huius sapientias philosophos, verum etiam apud apostolos & discipulos Christi. De a-

Act. 17 postolis hoc patet in euāgeliō. De philosophis aut̄ in acti-  
bus apostolorū legitur, q̄a quum apostolus? Paulus Athē-  
tio moris prædicas Iesum philosophis & resurrectionē ex mor-  
tuorum admuniciaret, quem etenim toleranter audierant, iam  
difficile deridebāt dicentes: Quid vult semintribui his dicerē  
credita. Alii dixerunt: Nouorū dāmoniorū videtur admuniciator  
esse, pro indubitato retinente, q̄a priuatione non est re-  
gressus ad habitudi. Verbi gratia: A ecclitate ad illū, a mor-  
te ad vitam. Vnde propheta de Christi passione & resur-  
rectione loquens: Apicite, inquit, in gentibus & videte, &  
admiramini & obstupescite, q̄a opus factum est in dieb̄

Evāc. x vestris quod nemo credit cū narrabitur. Et vnde rursus  
Esa. 15 per Esaiah: Domine, quis credidit auditui nostro? Pro-  
pt̄ hoc resurrectionē suā veritatem Christus multis ar-  
gumentis apostolus suis voluit declarare, videlicet,

Primo per visum, quum dicit: Videte manus meas &  
vistum, pedes, quia ego ipse sum. Non sine causa manus suas &  
pedes potius q̄ vultum quem aequo nouerant, eos vide-  
re ac recognoscere iubet, sed ut vīta clavorum inguis qui  
bus cruci fuerat adfixus, non solum corpus esse quod vide-  
& pedes, sed ut ipsum dominii sui corpus esse quod cruci-  
xum nouerant intelligere possent. Vnde & Ioannes do-  
minica apparitionis memoriam faciens, latus quoque su-  
um quōd à milite fuerat vulneratū discipulis eum ostendit  
peribet, vt quo plura notissima passionis, ac fusces-  
p̄t mortis indicia cognoscerent, eo certiori patrat̄ iam  
resurrectionis ac deinceps mortis fide gauderent.

K Vbi admirandam est attendere filii dei dignationem,

mas

magnamq̄ legis & gratiae distantiam. Nam quum Moy Xpi di-  
ses deo dilectus, & vīque ad eō dilectus ut ei diceret deus: gnatio.  
Te ipsum noui ex nomine, inuenisti enim gratiam coram magna.  
me, quum in qua uam esset in monte cum domino fruens col-  
loquio se mons dei diebus quadraginta, & supplex ro- Exo. 3;  
garet & diceret: Si inueni gratiam in conspectu tuo ostē  
de mihi faciem tuam. Dixit illi dominus: Non videbit me  
homo & vivet.

Sed & arcā testamenti vetitum fuit non solum Leui  
tis quinjetū ordinis non supremi sacerdotibus sine ve-  
lamento contueri, ne morentur, quomodo propter ipsi-  
sus visionem mortui sunt viri ciuitatis Bethsames.

z. Reg. 6.

Saluator autem corpus suum iam glorificatum & in  
mortale quod virtue veri & perpetui secederis cuī ho-  
minibus arca viua fuit non modo videri non prohibuit,  
sed etiam ut viderent discipulis præcepit, dicens: Vide  
manus meas & pedes meos, & in his clauo: un loca re-  
cognoscite, quia ego ipse sum qui peperit in ligno & ia  
cuī in sepulchro. Hinc per psalmistam dicitur: Viderunt  
omnes fines terra salutare dei nostri. Et alibi per pro-  
phetam dicitur: Parauit dominus brachium sanctum su- Esa. 52  
um in oculis omnium gentium.

Secundo, veritatē suā resurrectionis Christus disci- Declarat  
pulis declarauit per tactum dicens: tactum  
Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa  
non habet, sicut me uidetis habere.

Declarat  
per tactum

Iaq̄ resurrectionē suā certā & verā multis & variis L  
documentis p̄uaderē dignatus est, ppter ædificandā fidē, Beda.  
& fungandā de corde perfidiam, oēmīq̄ dubitationē de sua  
resurrectione tollendā. Parū fuit oculis se videndum præ-  
bere, si non præberet etiam manibus contrestandū, quate  
nus gloriam resurrectionis prædicatur modum quoque  
nobis resuscitati corporis nostri qualis esset sperād̄, ab  
que omni ambiguitate monstrare valerent. Dum enim  
palpāda discipulis ossa carnēq̄ p̄mōstrat, apt̄e stativerē  
resurrectiōis, que & i se fct̄ & i nobis ē futura, significat

Nequaquam ergo in illa resurrectionis gloria corp̄no  
s̄t̄ erit impalpabile, vt̄c aereq̄ subtilius, sicut hæretici  
futurū esse delirauerūt, sed subtile quidē erit p̄ effectum  
spiritualis potentia, & palpabile per veritatem naturae.

Distantia. Ceterum, attendendū est etiam hoc loco quā sit dī-  
legīs & stantia legis & gratiæ, & q̄ sit amplectenda benignitas  
dignationis Xpi. Quum enim legi tempore nefarium  
estet passim aut temere arcā testamētū contingit, vñ  
2. Reg. 6. & Ora sacerdos hanc contingens mox in eodem loco per-  
cūsus à dño mortuus est, tempore reuelatæ gratiæ Chris-  
tus verus deus à morte iam rediuius, sanctu corpus sua-  
um (utrig; vt iam dictum est arcā vita) nō modo disci-  
pulorū manib⁹ tangi & contrectari permisit, sed etiam  
præcepit, ostēdēs plāne, q̄ poti⁹ amari vuln̄ tineri.

Vñ cum magna fiducia beatus Iohannes apostolus au-  
ditores suos ad lequendā fidei & veritatis quā didicere  
r. Ioh. 1. arcanā prouocat dicens: Quod fuit ab initio, quod audiui  
mus & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & ma-  
nus nostra contrectauerunt de verbo vita.

Et quum hoc dixisset, ostendit eius manus &  
pedes.

Cyril. Comprobans dominus deuictam in se esse mortem, &  
M. humana naturam iam in ipso corruptionē exuisse, primo  
Theo. ostendit eis manus & pedes & foramina claviorū. Ac si dī-  
cat: Vos me spiritum esse putatis, phantasina, sicut inter-  
dum circa sepulchra videri putantur. Sed scitote q̄ spiritus  
tuis illi neq̄ carnem habent neq̄ ossa. Ego autem carnem  
Ambro. & ossa habeo. Quod id dixit ut speciem nobis future se-  
furectionis offendere. Nam quod palpatur corp⁹ est, in  
corpo autē regnemus. Sed illud corpus subtilius, hoc  
crassius, utpote adhuc terrena labia qualitate concretū.  
Nō ergo q̄ incorpoream naturam, sed per resurrectionis  
corporæ qualitatē clausa penetrauit, vt iam dictum est.

Ostendit, inquit, eis manus & pedes. Nec solū manus  
& pedes quibus indita clavoriū claruerū vestigia, sed etiā  
latus quod lancea foratum fuerat ostendit. Ut videlicet  
ostensa vulnerum fuorum cicatrice, dubitatis atque infi-  
delitatis eorum vulnus sanaret. Quorū autem in suo iam  
immortali corpore dominus passionis suæ signa serua-  
uit, habes dominica in albis.

Tertio, veritatem resurrectionis suæ carnis ostendere  
dignatus est per effectum comestionis. Vnde subditur:

Adhuc illus non credentibus & mirantibus  
præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod  
mandu-

manducetur? At illi obtulerunt partem pīscis  
assi & fauum & mellis. Et cum manducesserit  
coram eis, sumens reliquias dedit eis.

Quia enim infirma adhuc discipulorū præcordia nouis  
tarem tantę potēc capere nequeunt, magisq; mirari præ  
gaudio quod videbāt q̄ credere quod docebātur incipiūt  
Dominus ne quid in eorū mente resideret ambigui, sum  
priseritam epulis comedit coram eis, vt si viſibus oculo rū  
si suorum tactibus non crederent digitorum, vel alimen-  
torum carnalium perceptione carnem esse que appare-  
bat cognoscerent.

Comedit sāne, non quidem nisi post resurrectionem  
cibo indigenz, nec quasi eos in resurrectione quā expecta-  
re m̄ cibis egere significas, sed vt eo modo naturā corporis dit.  
refugientis adstrueret, ne illud non corpus sed spiritum  
esse arbitriarēt, et sibi nō solidū sed imaginale apparere.

Nullus ergo putet vel christi dñi nostri corp⁹ us. exci= A  
tatūm à mortuis sustentaculo eguisse ciborum, vel nostra Postresur  
post resurrectionem corpora invita et cōuersatione spūa rectio-  
ni eis reficienda carn alibus, vbi diuinę contemplatio clari nō effe o-  
tatis efūrī & stirre, sicut & bonorū ceterorum penitū pīscēa esca.  
pati nullatenus finit. Vnde & ardentinissimus virtus illi⁹ a-  
mator de sua certus deuotione Deo spe latrabidus loqui-  
tur: Ego cum iustitia apparebo conspicui tuo, faciabor Ioh. 14.  
dū manifestabitur gloria tua. Et Philippus codēferens a  
more, Dñe, inquit, ostende nobis patrem et sufficit nobis.

Simpliciter ita q̄ & piē sc̄iendum est, resuscitatum à Quō xp̄:  
morte & immortale tam factum corpus dominici, nullū comedit.  
quidē necessitatem, attamen facultatem habuisse vescēdi  
idē q̄ vbi oportunitas probabā substatīt naturalis exi-  
gebat cibis esse reficiū, qui nimis rū cibis nullū fanguini ad  
iumentum vt mortalū corporibus solent illi prēbuerint  
sed quonodo in ignem missa aqua, ita mox comesti, spi-  
rituali eius sint virtute assūpti. Sed & nostra post resur-  
rectionē corpora coelesti gratia prædicta credēdūm est ad  
quicquid voluerint agendum esse potentia ad perueniē-  
dūm vbiunque voluerint esse promptissima. Sed quia  
tunc nulla manducandā necessitas vel utilitas aliunde po-  
test iurari, nullatenus immortale seculum cibis morta-  
libus esse fructūrū, vbi filii resurrectionis non aliud esca

potus q̄ vita & salus, gaudium, pax, & omnia bona, quā illud numerum fit quod in Psalmo canitur: Beati qui habitant in domo tua eis, in secula seculorum laudabunt te. O Sanè compertum est magos apparēter mortuos suscitasse, id est effectice dæmonū occulta virtute ut ambularent, loqueretur aliosq; motus corporales ostenderet, ve

**Comedes:** rum ut comedenter nunquam facere potuisse. Manducare, vitę, ut autem christus ante passionem pro supplēda naturę gemitū, mortalis in opia maducauit post resurrectionem pro maiestanda potēria, nec tamen (vt iam dictum est) in substantiam Velcentis eis trāsūt, sed virtute gloriae corporis consumpta est. Nam sicut aliter coniunctum aqua terra sitiens & solis radius calens & lūces, ita & acceptum cibum mortale corpus indigens, & immortale corpus iā cibis non egens. Sequitur:

**Beda.** At illi obtulerunt ei partem pīcis affi & fauū mellis, Quid signare credimus pīcem affum, nisi ipsum mediato xppīpisces rem dei & hominum, hominem passum? pīce enim latere assūt, dignatus in aq; generis hūani, capi voluit laqueo mortis nostra, & qual tribulatione affatus est tempore passione sua, sed qui pīcis assū fieri dignatus est in passione fauū mellis nobis extitit in resurrectione. Vele, tē q; in pīce also figurari voluit tribulationem passionis sue in fauū mellis vtrāq; naturam exprimere voluit perfonna sua. Fauus quippe mellis in cera est, mel vero in cera est diuinitas in humanitate.

**Noſipſi** Offeramus itaq; & ipſi christo pro nobis passo nosmet ipsos carnali vita mortificatione quasi pīce affū. Siqui dē aquis ægypti (id est, vanis mādi huius gaudiis) in sanguiñe veris (id est, afarū saluti mortiferis) oē pīces egypti mortui sunt. Offeramus ei & fauū mellis, hoc est mel in cera, i. pīce deuotionis dulcedinem) in opere bono,

Quid a uten ſibi vult q; quum manducasset coram eis, ſumens reliquias dedit eis, nēpe vt ipſi inde reficerentur, niſi quia & q; ei offerimus dignanter accepit, & qui à nobis refici non eget (quippe qui honorū nostrorū non indiget) obsequia noſtra (rāmē ſi debita) etiam longe ſupra q; meremur remunerans nobis vt inde in aeterna beatitudine refici amur, clementer quodammodo redonat?

Circa tertium, quo d. est eorum que ante diſcipulis pre-dixerat remuneratio, subditur:

Et di-

Et dixit ad eos: Hæc fūnt uerba quæ loquutus sum ad uos, quñ adhuc effem uobis cum, quoniā necesse est impleri omnia quæ ſcripta fūnt in lege Moysi, & prophetis, & plāmis de me.

Ad memoriam eis reuocat quæadmodum vniuersa quæ de ipso contigerant priusquam eueniēre non incertus predixit. Quasi dicat: Hæc quæ ſiue de moriente ſiue resurgente contigerunt, ſunt illa ipſa quæ vobis antea tem meam non ſemel prædixi. Hæc fūnt verba (inquit) id est, res de quibus fuerint verba quæ loquutus ſum ad uos, dicens: Ecce ascendimus Ierofolymam, & confusus mabuntur omnia quæ ſcripta fūnt per prophetas de filio hominis. Tradetur enī gentibus, & illudetur, & flagelabitur, & confutetur, & poftquam flagellauerit, occident eum, & tercia die refurgent.

Quum adhuc (inquit) effem uobis ūcū (subaudiſ) in carne mortali in qua effis & vos. Tūc enim in eadem carne refuſicata erat, ſed cū illis in eadem mortalitate nō erat. Et cum illis quidem poſta ūcū resurrexit ſuit quadraginta diebus (vt legitur) exhibitione corporalis praesentie, ſed, non cum illis fuit conſortio fragilitatis humanae,

Quoniā necesse est impleri omnia quæ ſcripta fūnt in lege Moysi. Vnde licet cœa mente & malignamer, ſe cundum legem tamen dixerant Pilato: Nos legem habemus, & cundum lehem debet mori. Ideo autem fecundum legem mortuus eft, vt noue legis in ſuo ſanguine conderet testamentum. Vnde per Apostolum dicitur: Per proprium ſanguinem ſtroiuit ſemel in sancta, eterna re, deponit inuentu. Et id noui testamenti mediator eft, morte intercedente.

Et prophetis (inquit) Nam (vt in Actibus beatus Petrus loquitur:) Deus qui præannuntiavit per os omnium prophetarū pati christum ſuū implieuit ſic. Et psalmi. Vbi paſſio eius & resurrectio manifestissime pīdicatur, vt ipſe merito poſſit dicere: Ego ſum pīſalmus eorum. Redde eis vicem domine iuxta opera manū ſuarum. Et alibi: Et in me pīſallebant qui bibeant vinum.

Omnem itaq; magister veritatis tollit ſcrupulum simulationis, vndiq; iura veritatis conſirmat, videtur, pal-

F F 4 patur

Christi mysteria  
vt pregnata.

Luc. 13.

Ioan. 19.

Heb. 9.

Tre. 3.

Beda.

patur, conuenientur, sermo exhortationis per singula praebetur. Tum ne solum eius testimonium minus sufficere putaretur, vel ne in aliquo sensu humanos ludificare videretur, misit manus ad scripturas. Quasi dicat: Quod videtis, ante prouisum est, quod certis, ante predictum est: Audi filia & vide. Audi prædicta. Vide completa.

Circa tertium principale dicitur:

Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas.

**Q**hic ostenditur, quemadmodum scripturarum intelligentiam discipulis reuelauit. Vbi tria notantur. Primum est, discipulorum intrinsecus illuminatio. Secundum est, dicti pulorum extrinsecus verbalis iformatio, ibi: Et dixit eis: Tertium est, euangelica gratia mandata prædicatio, ibi: Et prædicari in nomine eius.

**Beda.** Circa primum dicitur: Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Ne forsan enim ad intelligenda horum (nimurum legis, pphatarum, atque psalmorum) mystica dicta tardi remanerent, sensum quoq; illis quo haec intelligere possent aperuit. Quo facto nihil vlera pri se dubitatis in coram mœte residere permisit. Sanè quā eiis ante passionem suam ea quā sibi erant superuentura prædiceret (vt Lucas testatur) ipsi nihil horum intellexerunt. Quin Iohannes ipse ad monimentū vienīs, quā corpus Iesu non inveniuerat, sublatum credidit, quo errore etiam ceterorum corda discipulorum perfringebantur.

Cuius erroris causam mox assignat, dicens: Non dum cēnū sciebam scripturas. Aperuit eis sensum, ut intelligerent scripturas, ne quis præsumat per ferme ipsum se posse scripturas intelligere. Qui enim hoc præsumperunt, in errores lapsi, hæreses considerunt.

Porrō dñs immortalē iam carnem suā discipulorū & manibus cōrectandā & videntā oculis exhibendo, verū utiq; se pbat hoīen, verum per scripturas possint intelligere homines, eatenus sine literis, intellectum eis aperiendo, deum se esse manifestat. Quis enim hoc sine mora posset efficere nisi deus? Vnde scriptum est: In inspiratio omnis potenter dat intelligentiā. Vnde & per beatum Iohannem dicitur: Filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum deum, & simus in vero filio eius.

Sane

Sanè inter Christum doctorem, & docentes homines Xps ut hoc interest, quod homo doctrinā verba proferens extē docet. riorem alterius mouet auditum, interius autem intellecit. Eius eius illuminare non potest. Christus vero & ingenium docile præbere, & finis temporis intervallo sapientiae lucem infundere nouit, utiq; magister singularis & vniuersis & doctor sine pari. Vnde & in euangelio dicit: Mat. 23. Magister vester unus est christus.

Circa secundum, quod est, discipulorum extrinsecus per verba informatio, subditur in litera:

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia.

Ideo autē christum pati & resurgere oportebat à mortuis, quia impossibile erat mundum saluari nisi deus homo Beda. mo veniret, qui in homini habitu apparēs, & hoīes que essent diuina instrueret, & mortem ut homo suscipiens Cuperor diuina virtute resuiveret, sicut in se credentes, & ad eos tebat pati diuinitatem subiecta mortis accederet, & certitudine spe & resur gere resurrectionis ac vitæ perpetuæ animaret.

Quo enim apertius exemplo poterant homines ad fidem, dem participanda gloria & pmerendē vitā immortaliē ergi, quam quum ipsum deum cognoscerent humilitatis ac mortalitatē suā factum fuisse participem?

Quo effaciuus ordine ad toleranda pro salute aduersa quæcūq; prouocarentur, quam quum authorem suū dicissent pro eorum salute innumeris ab impis genera probororum, & ipsam mortis subiisse sententiam.

Qua ratione congruentius spem resurrectionis acciperent, quam quum eius se facramētis ablutos & sancti fiatos, eius corpori adunatos meminissent, qui pro ipsis morte gustrata, citius exemplum resurgendi à morte preberet? Oportebat itaq; pati Christū & resurgere à mortuis die tertia.

Circa tertium, quod est, Euangelica gratia mandata in gentibus prædicatio, subditur:

Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Post

**S** Post commendatam sui corporis veritatem, commendat Ecclesie ecclesie unitatem, quae nimirum per hoc est effecta, quia unitas tam à Iudeis quam à gentibus illud receptum est. Vnde fides, vna fides, vnum baptisma. Non enim decebat amplius bipartitus esse genus humanum (cuius naturamq[ue] Theoph[ile] deus afflumperat) in iudicis & gentilium. Et ideo ut omnes in vnum veniret, in danda initio sermonem à Ierusalem, & ad gentes terminari, inox subiungens: Incipientibus a Ierosolymis.

**Beda.** Et merito se propebat ut ministri sermonis qui in nomine Christi crucifixi & refusati à mortuis penitentiam erant & remissionem peccatorum in omnes gentes piedū ab prædicaturi ab Ierofolymis inciperent, non solum qui Ierofolyma credite sunt illis eloqua dei, & quia eorum est adopcio misericordia, & gloria, & testamentū, & lefatio, & obscuratio.

**Ro. 9** & promissa, & quia coram patres, ex quibus Christus fit secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, verum etiam ut gentes quae varii erant erroribus & facinoribus implicatae, hoc maxime diuina pietatis in dictum ad spem veni prouocaret, & eis quoque qui filium dei crucifixerunt, non tantum veniam reatus a patre, sed & vita aeterna gaudium viderent esse donatum.

**Chry.** *Ecce ultima gaudium videnter ele donarum.*  
Insuper ne dicentes aliqui, *Q[uod] omittis notis, iuerunt  
apostoli se ostentatores ad extraneos, ideo primum apud  
ipsoz occisorz pandunt resurrectionis signa in eadem ci-  
uitate in qua prorupit temerarius aufus. Vbi enim cruci-  
fixores credere videntur, resurrectio plurimum demons-  
tratur.*

T Oportebat (inquit) prædicari in nomine eius penitentiam. Et attende tam Ioannis quâm Christi prædicatio Mat., 3. nō hoc vnum atq[ue] idem exordium habuisse: Penitentiam agite, adpropinquabit enim regnum celorum. Erubescant &c. 4. Hæretici ergo & confundantur hæretici penitentiam peccatorum irridentes. Et bene præmitit penitentiam peccatorum remissioni, dicente xpo in euangelio: Dico Vobis, quia nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Non enim nisi penitentiam agentibus dimittuntur peccata, Lu. 13.

Et bene dicit, q̄ in Xpi nomine prædicari oportebat  
10,2 penitentiam & remissiōnē peccatorum, quia ipse est p̄-  
pitatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed  
& pro totius mundi. Vnde & per beatūm Petrum in acti-

bus Apostolorum dicitur: *Huius omnes prophetæ testimo: Nō nisi p-*  
*nii peribent remissionem peccatorū accipere per nōmē xp̄m re-*  
*ies oēs qui credunt in eum.* Nec est aliud nomen sub cœ missio p̄e  
lo datum hominibus in quo oportebat nos saluos fieri. *catorum,*  
*Ipsē enim est agnus dei omnium hominum delendis p̄e.* Act. 19.  
cattim illos. Non enim per aliud quodcūq; sacrificiū  
in lege mandatū vñquam facta fuit aut fieri potuit remis-  
sio peccatorum nisi in sanguine ipsius. Vnde & Aposto-  
lus Paulus in actib⁹ apostolorum peribet, dicens: *No-*  
*tum si vobis viri fratres, q; per hunc (videlicet Christū)*  
*vobis remissio peccatorum adiunxitur, ab omnibus qui* *Act. 19.*  
*bus non potueritis in lege Moyſi iustificari.* In hoc omnis  
qui credit iustificatur.

Nec in vna tantum gente Iudaeorum, vel in aliqua Prædicâ vna parter terrarum huc oportebat predicari, sed per mū dū in oēs dum vniuersum in omnes gentes. Vnde per Esaiam p[ro]p[ter] gentes, ter ad christum filium suum loquitur, dicens: Parum est Esa, 49. vt fisi milii ferius ad suscitandas tribus Israhel, & feces Is[rael] conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salueme viae ad extremitatem terræ.

## FERIA QVARTA PASCHAE.

Anifestauit se iterum Iesus ad  
mare Tiberiadis. Ioan.xxi.

**M**anifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Ioan. xxi.  
Præsens sancti euāgeliū lectio tria comprehendit. Primum est, in mari Tiberiadis discipulorum pīfatio. Se cundum est, in litorē stantis Christi apparitio, ibi: Manifestauit autē sic: Tertium est, discipulis in terra refectionis exhibito, ibi:  
Vt ergo descenderunt.

Circa primum tria notantur. Primum est, apparitiois Christi locus. Secundum est, discipulorum quibus apparet actus, ibi: Manifestauit autem sic. Tertium est, discipulorum pescantium conatus inutilis, ibi: Et exierunt.

Circa primum dictum est: Manifestauit se iterum Iesus, simulatores & callidi iram dei prouocantes, ne quales

## TERIA III.

**Ioan. 3.** Ies sunt ipsi deprehendantur latere potius volūt q̄ manēt festari, sed non sic hi qui faciunt veritatem. Veritas enim non querit angulum. Unde saluator in evangelio: Omnis (inquit) qui male agit, odie lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius q̄a in deo sunt facta. Quoniam ergo Christi ex mortuis resurrectio vera fuit & sine vila simulatione aut falsitate, nō semel, sed multoties nō vno in argumento, sed in multis suis se discipulis manifestare dignatus est, non tamen aſſiduè, cum illis viſibiliter cōuerfando, ne putarēt eum ad talenta vitam qualēm ante egerat resurrexisse, sed ad ſpiſa rituālē & diuinām. Manifestauit autem ſe & locis vbi, discipulis & temporibus quando placuit discipulis apparet. Ipſe enim digni erant quibus ipſe apparet, nempe qui & a mabant & defibabant, pradixerat eī: qui diligi me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & manifesta loan. 14. bo ei meipsum. Porro Iudei ipsū odientibus non legitur postresurrectionem ſuam apparet.

Et bene dicitur q̄ manifestauit ſe, quia corpus Christi, quum iam eſet incorruptibile & gloriosum, non vides batur indifferenter a quibuscumq; ſed ab illis tantū quibus ſe voluit maniſtare. Et quia potestas maniſtatio ſerat in ipſo, ideo non dicit. Euangelista quōd maniſtatio ſerat in ipſo, ſed quia ſcīlīſta maniſtatur.

Ad mare Tiberiadis, hoc eſt mare Galileæ. Conuenienter erat locus iſtū huic maniſtatiōi. Nā quia rem quālibet mare Ti- melius in eo loco cognoscimus vbi cam videre conſueui- beriadis. mus. Christus autem ante ſuam paſſionem ſæpe verba ſuerat vñā cum discipulis circa mare hoc, unde etiam vel praeſcipliſ Apostolorum piftatur & deditos vocauerat, ideo ut priuilegiū conuerſationis ipſius non immemores certius ipſum ac familiariſt cognoverent, tali loco ſe illiciſ voluit maniſtare.

Circa ſecundum, quod eſt, discipulorum quibus appa- ruit a cōſuētudine:

Manifestauit autem ſic: Erant ſimil Simō Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galileæ, & filii zebedai, & alii ex discipulis eius duo.

Numerum.

## PASCHAE,

218

Numerum hunc diſcipulorum sanctus euangelista dei-  
gnauit, quia tantus eſt ut recte maniſtatio dici poſſit,  
quod eis dominus apparet. Ait itaque: Maniſtavit au-  
tem ſic, videlicet, ſicut in ſubsequentibus narratur. Erant  
ſimil, nempe ſicut loco vno, ita & vna sancti ſpiriti cha-  
ritate coniuncti. Simon Petrus, qui plus ceteris chriſtum  
dilexerat, & Thomas qui dicitur Didymus, quem ceteris  
omnibus in fide refuſectionis Chriſti coſiderandi, plus  
ceteris dubitare & rei veritatem perſerutari dominus p-  
miseraſt, quod etiam cognomen eius deſignare videtur.  
Didymus enim interpretatur geminus. Nam geminato  
ſenſu viſu videlicet & tactu veritatem refuſectionis in  
Chriſto perſerutari voluit. Et Nathanael, qui fuit gema-  
nus Philippi apofolii in lege & prophetis eruditus, quem  
Philippus frater priuum adduxerat ad Iesum, qui mox  
tam Chriſti diuinatatem quām ipſius regiam coſcieſis eſt  
dignitatem, dicens: Rabi tu es filius dei, tu es rex Iſrael.  
Quia erat, inquit, à Cana Galileæ, vbi dominus aquas in  
vīnum conuerterat. Et filii Zebedai, ſcīlīſta, Iacobus ma-  
ior, & Ioannes. Reliquorum duorum diſcipulorum no-  
mina tacentur. In iis ſuit vnuſ ſpiritus & vna fides. De  
quibus vero dicit potius: Ecce q̄ bonum & quām locu-  
m habitate fratres in vnum.

10, 1,

Dicit eis Simon Petrus: Vado piftari. Dicunt  
ei: Venimus & nos tecum.

Piftatum ibant diſcipuli, quia non habebant quod fa Theop-  
erent. Neq; enim christus ſemper cum eis conuerſabat. Cur ibat  
neq; ſpiritus datus erat (ſi quomodo poſtmodum in die piftatum  
Penthecoſtes in plenitudine donorum) neque doctrina &  
ſcīlīſta confeſſa, ideo ſuam artem ſeſtabantur. Petrus enim  
quum actuoflīſtissimus eſſet non ſerbat oīū, ſed in oīe fer-  
ebat, & ſequebantur ceteri, eo q̄ coniuncti eſſent.

Postea vero quām dona sancti ſpiritus perfecte rece-  
perunt, ſpiritualibus exinde opibus proſuſ ſeſe mani-  
pantes dicunt: Non eſt neq; ſum nos dereliqueremus verbum Acti, 5  
dei, & miniftrare mensis. Conſiderate ergo viros ex vo-  
bis boni testimonii quos conſtituamus ſuper hoc opus.  
Nos vero oratione & ministerio verbi in ſtantes erimus,

Froinde quōd iam ad piftatūm diſcipuli abiente  
Chriſto redeunt, quod minime fecerant ipſo prieſte,  
hos

**Luc. 22.** hoc vtique in causa fuit, videlicet, quia quandiu cū illis ipse esset, nihil illius desuit. Quoniam autem ablato ab eis xp̄o cōperant̄ ēgere, necessitatis suis confulentes, ad consuetam vñ p̄ixerat artem se denuò trāfulerūt.

**Aug.** Quod si sc̄ientē discipuli defuncto Iesu priusquam resurrexisset à mortuis, putaremus eos illa quæ animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post eum sibi de sepulchro redditum viuum, post inspectavil nerum loca, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum (vide licet in remissionem peccatorum) subito fi ut, sicut fuerant, non hominum, sed p̄icium p̄scatores.

Sed nonne hoc fuit asp̄cere retro post misam manum ad aratum?

**C.** Respondendum est non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita vñctum necessarium quererere, apostolatus sui integratē seruata, si quando vnde viuerent aliud non haberent. Alioquin videbitur paulus apostolus qui & ipsi se manum suam ad aratum miserat retro asp̄xisse qui labore manuum suarum vñctitans, quum concessa posset vti potestate (maximè apud Corinthios) de Euangelio solebat viuere, ne videlicet, gentes à Christi nomine pr̄ius manū us alienas doctrinā eius quasi venalis offendere. Quin bus op̄af magis ipse aliter educatus, artem quam non nouerat, dicit. Ut dum suis manibus transfigitur doctor, nullus gravaretur auditor, quanto magis beatus petrus qui iam p̄scator fuerat quod nouerat fecit, si ad pr̄sens illud tem̄pus, aliud vnde viueret non inuenit?

**Mat. 5** Quod si dicat quispiam: Et quorū non inuenit quum dominus promiserit, dicens: Quārē primum regnum dei & iustitiam eius & hęc omnia adscipient vobis? Vtique dominus quod promisit implevit, nam quis ali⁹ us p̄scis qui caperentur apposuit?

Qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam qua compellerentur ire p̄scatum, nisi dispositum volunt exhibere miraculum?

**Lu. 9** Non ergo petrum cāterosque cum eo discipulos ilia in euangeliō sententia comprehendit quia dicitur: Ne amo mittens manum ad aratum & respiciens retro aptus est regno dei. Quia negotium quod ante conuersio nem sine peccato extitit, hoc post conuersiōnem reperi-

re culpa non fuit. Nam p̄scatorem Petrum, Matthaeum verò telonariū scimus. Et post conuersiōnem suam ad p̄scationem Petrus redit, Matthaeus verò ad telonei negotium non redit. Quia aliud est vñctum per p̄scationem frigida, nem querere, aliud tamen lucris pecunias augere. Sunt ergo pleraque negotia quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant ad hæc necesse est vt post conuersiōnem animus non revertatur.

Circa tertium, quod est discipulorum p̄scantium cōnatus inutilis, subditur:

Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prenderunt.

Facta est discipulis p̄scationis magna difficultas, vt magistro. Veniente fieri admiratio magna sublimitas, Cur nihil Est quia diuinum eis debeat auxilium, nihil p̄icium casto p̄icium labore ceperunt. Quod deo dispensante factum est, vt se ceperuerit, quens captio vere miraculosa esse monstraretur. Greg.

Porrò, mysticè, antequam manū veniret, ante hoc tempus acceptabile diemque salutis, qui sole iustitię Christo mysticè resurgentē à mortuis ortus est nobis, prædicauerunt qui dēm lex & prophetę, sed non effecerunt salutem totius mundi. Retia quidē miserunt, sed non etiam captos p̄ses ad littus adduxerunt, quia sacram quidē scripturam contexuerunt, sed per eas homines ad æternæ salutis portum non eduxerunt.

Circa secundum principale dicitur:

Mane autem facto stetit Iesus in littore, non tamen cognoverunt discipuli quia Iesus est.

Hic describitur ipsa Christi in littore stantis apparitio. Vbi per ordinem quinque notantur.

Primum est, Christi incogniti benigna apparitio. Secundum est, apparentis, & incogniti perutillis instruō. Ibi: Dixit eis: Mittite. Tertium est, ex euentu mirando Christi recogniti, ibi: Dicit ergo discipulis. Quartum est, simonis Petri ad Christum properatio, ibi: Simon Petrus. Quintum est, cāterorū discipulorum ad Iesum nungatio, ibi: Alii autem discipuli.

Circ.

**Mysticē** Circa primum dicitur: Mane autem factio stetit Iesus in littore. Myſtice. Venit mane, & dominus Iesuſ ſtetiſ in littore, quia poſt reſurrecſionem ſuam iam immortalis & impaſſibilis dominus noſter firmiter extra fluctus mortalitatis noſtra ſtarē cœpit. Vnde Gregorius.

Quæri potest quār diſcipulis in mari laborantibꝫ poſt reſurrecſionem ſuā dīs in littore ſtetiſ, q̄ ante reſurrecſionem ſuā corā diſcipulis in fluctibus mariſ ambulauit? Cui?

**Cur Iesuſ nē ſuā corā diſcipulis cognoscitur ſiſpla qua tunc inerat cauſa ſtetiſ.**

penſetur. Quid enī mare niſi prefens ſeculū deſignat. Qd p. ſoliditateſ littoris niſi illa ppetuatis q̄ etiā eterni efigiatiſ? Quia igitur diſcipuli adhuc fluctibus mortalis viṭe inerat, in mari laborabant. Qui Vero redemptor noſter iam corruptionem carnis excederat, poſt reſurrecſionem ſuam in littore ſtabat. Ac ſi dicari: Iam vobis in mari nō apparet, quia vobis ſunt in perturbationum fluctibus non ſum. Hinc eſt quod poſt reſurrecſionem ſuam in alio loco eſdem diſcipulis dicit: Haec ſunt verba quæ loquutus ſum ad youm, quād adhuc effenſe vobis ſum. Neque enim tunc cum ipſis non erat quibus prefens corporaliter apparet, fed tamen iam le cum ipſis eſte denegat, à quo rū mortali corporis carnis immortalityne diſtabat. Et quod illic cum ipſis poſitus fatetur non ſe eſte cum ipſis, hoc quoq; hic ſitu corporis indicat, quum adhuc eis nauigantibus eſte ſe iam in littore demontrat.

Ad hæc & literalis ratio potest adduci, videlicet. Nā quia diſcipuli adhuc eo in tempore faciles erant ad dubitandum de veritate dominice reſurrecſionis, nihil illum facere conueniebat quod infirmis in fide occaſio foret erroris. Si ergo vidifuerint cum ſuper mare ambulantem, occaſionem accepissent ſuplicandi non veram carnem, ſed ſpirituſ & phantaſia ſe videre. Nam quum ante reſurrecſionem ſuam ambularet ſuper mare veniens ad diſcipulos fuos q̄ fluctibus perturbati mariſ in nauckula periclitabantur, conturbati ſunt, dicentes: quia phantaſia eſt, & p̄ timore clamauerunt. Quod si hęc fuerint ſupſicati de eo quem nondum videbant mortuum, multo magis putarent ſe phantaſia videre, ſi quem mortuum non ignorabant ſuper mare ambulanteſ conſicerent.

**Ghry.** Non tamen, inquit, cognouerūt diſcipuli, quia Iesuſ eſt. Non enim mox ſciplum quiſ eſte oſtendit, ſed voluit

in alloquitione cum eis venire. Quod autem diſcipuli eſt Fum non cognouerunt cauſa ſuit ex parte corporis Chriſti. Nam ſicut eſt in potestate corporis glorioli ut eis pre puli xp̄m ſens mortalibus ſe vel oſtentad, vel non oſtentad, ita eis nō cognoscunt in ſua eſt potestate vt ſe maniſtāvel cognoscatur, vel uerunt, cognoscī non poſſit. Christus itaque licet ſe oſtenderet conſidenter in littore, quia tamē non eo modo ſe ma- niſteſt ut cognoscī poſſet, ipſum diſcipuli non cognoverunt.

Poteſt etiam huius rei cauſa adſignari ex parte diſcipulorum, quia videlicet ſtudio pifcandiv que adeo inten- ti erant, vt licet Christum viderent in littore, quiſnam ta- men ipſe eſſet non aduertebant.

Ad hæc, quia Christus diſtabat ab eis circiter cubitis ducentis, tanto diſtante intervallo diſcipuli non cognoverunt. Proinde diuina diſpenſatione factum eſt, vt alipſe eſt ſolo dñm nō cognoverent, quatenus ſe quis eſſet mox ſequente miraculo declararet. Ita q̄ primus ipſe huma- nius hoſtalloquitur. Vnde in litera ſubditur:

Dicit ergo eis Iesuſ: Pueri, nunquid pulmen- tarium habetis? Responderunt ei: Non.

Hoc ait, quasi ab eis pifcium aliquid emere volens. Ergo, inquit, quia nondum cognouerūt ipſum eſte qui de mari eos vocauerat vt faceret pifcatores hominum, ad ignoran- tes benignè deſcenſit, & ſi loquutus eſt primo captori- bus pifcium, quomodo quilibet empator pifcium loque- retur. Pueri, inquit, nunquid pulmentarium habetis? Pue- ros appellat benevolentia gratis non ætatis.

**Pulmentarii** verò vel pulmenti nomine cibus quili- tarium, ſue de carnibus ſue ex pifcibus, qui cum pane ſimil edatur, confeſtus deſignatur. Et quidem nouerat ipſe q̄ a nihil tota nocte prepididissent, & tamē ſic eos interroga- tis. Primo, vt ipſis respondentibus ſe nihil habere, occaſio- nem habeat eis mandanti vt rete in diſignatum mariſ locum mittant. Secundo, quia ſi dixiſſet ſe ſcire q̄ nihil ea nocte cepiſſent, hoc ſigno cognouiffent eſſe Christum, ne- pe cui pateren occulta. Ipſe vero ſui cognitionem adhuc differi volebat, vt ipſa habereur in miraculo magis eu- denti. Responderunt ei, nimirum diſcipuli laſſi, triftis, & famelici: Non, ſubaudis, habemus pulmentarium, Puta-

bant sibi mercatorem pisces captos emere volentem.  
Circa secundum, quod est apparentis incogniti perut  
tis instructio, subditur.

Dixit eis : Mittite in dexteram nauigii rete,  
& inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ua  
lebant illud trahere præ multitudine pi  
scium.

G Mirum est quod hominis (vti putabant) eis prorsus igno  
ti iussi obtemperant. Sed docuerat eos christus mites esse  
fructus. & humiles corde, & dicto audientes. Vnde & mox ob  
dientia fructuum consequuntur sunt. Proinde longè plus va  
luit eis verbum christi, quam ipsorum in piscando indu  
stra, & ingens labor totius noctis. Miserunt ergo, inquit,  
ad dexteram nauigii rete, & iam non valebant illud tra  
here præ multitudine piscium, nempe intra rete ad nu  
tum christi angelorum sanctorum ministerio collecto  
rum & inlitorum.

Ruper. Et aduerte, quia non quomodo unque dixit: Mittite,  
sed: Mittite in dexteram nauigii rete, & inuenietis. Per de  
xteram enim vitam eternam, per sinistram vitam han  
temporalem: rursumque per dexteram, DEI gratiam,  
per sinistram vero peccati culpam moraliter accipere  
possumus.

Piscat ad sinistram Itaque rete mittunt & pescantur ad sinistram quivel  
vitæ suæ studia temporalibus atque mundanis lucris adi  
piscendis accommodant, temporalem mercedem etiam  
in bonis que agunt operibus semper intendentem, vel qui  
in prauitate vitæ perseverantes nonnullis etiam bonis  
operibus insistunt.

Piscat ad dexteram Per contrarium vero, pescantur ad dexteram, vel q  
non temporalem & terrenam, sed eternam & celestem  
in suis operibus mercedem querunt, vel qui præeuntis  
gratiae instantis sequentes & concomitanti gratiae coo  
perantes verè possunt dicere: Gratia dei in me vacua non  
fuit. Verum absente gratia, quasi caslo labore per nocte  
laboratur.

H. Mystice vero, quum adhuc esset christus in fluctibus  
Lu. 5, vita mortalis & mortis vnde passurus, non dixit pescan  
tibus: Mittite in dexteram, sed tantummodo: Laxate in  
quit

quit, retia vestra in capturam. Tantam ergo concluse  
runt piscium multitudinem ut rete eorum rumperetur,  
& nauicula eorum penè mergeretur. At nunc in littore  
stans, & vndo fam turbidi fuculi supergressus iacturam,  
Mittite, inquit, non vbi cunque, sed in dexteram. Et iam  
non valebant (inquit euangelista) illud trahere præ mul  
titudine piscium, non tamen dixit, quia rumpebatur re  
te, aut eorum nauicula mergebatur.

Quid ergo hic nisi illam pescationem hominum præ Pescatiois  
signare volunt quia ad dexteram constituerunt omnes electori  
electi, reprobis omnibus ad sinistram seclusi, qui tanquam typus,  
piscis mali rete præfertis ecclesiæ feditionibus rumpunt,  
quemadmodum hæretici & schismati facere consueverunt.  
Dominus ergo qui post resurrectionem à mortuis  
in immortalis tutissimo littore stabat per captos pi  
xes rectè solos illos præfigurabat quos secum suscitat, se  
cujus ad dexteram patris considerare vellet in cœlestibus.

Moraliter iuxta præmissa est notandum, quod Christus  
post resurrectionem suam apparere dignatus est, in  
forma peregrini, in forma hortolanii, in forma mercato  
ris. De primo est illud: Tu solus peregrinus es in Ierusalē.  
De secundo illud: Illa existimat quia hortolanus est.  
De tertio, in praesenti loco. Peregrinus enim fuit in con  
uersatione, hortolanus in predicatione, mercator in sua  
passione.

Quod ad modum peregrini conuersatus foret in Xps quasi  
mundo præcognitum habuit propheta qui ipsius humi  
litatem deniramus, ait: Quare futurus es in terra quasi vir  
vagus & declinans ad manendum? Vnde & de semetip  
so loquitur, dicens: Vulpes foucas habet, & volucres coli  
nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum re  
clinet. Vnde etiam in via quasi peregrinus natus est.

Quia hortolanus fuit in predicatione. Nam horto  
lani ad inorem mala viciorum plantaria è terra cordis  
humani extirpare, & virtutum germina inserere fa  
gebat. Vnde illud quasi à patre ei dictum possumus acci  
pere. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te sup  
gentes & regna, ut euellas & destruas, & dispersas &  
diisse, & adfices & plantes.

Denique quasi mercator fuit in sua passione in  
qua dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret